BREVIS EXPLICATIO EPISTOLARVM DOMINICALIVM per totum annum, ...

D. HIERONYMO VVELLERO.

ARGENTORATI APVD
Crationem Mylium, Anno Domini
M. D. XLVI.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO Domino Mauricio Duci Saxoniæ, Lantgranio Turingiæ, & Marchioni Misnæ, Domino suo clementissimo, gratiam & pacem in Christo.

PLVTARCHVS INter cæteras uirtutes heroicas Magni Alexandri, hanc ut præcipuam prædicat, quòd maluerit optimarum artium scientia & prudentia, quàm potentia cæteris principibus præstare. Regia sanè uox & digno Principe digna. Sed quanto magis laudandi sunt hi principes, qui non solum illis heroicis, sed multo magis Christianis uiribus, conantur præ alijs excel-

lere, uidelicet, qui studeant uerbum Dei propagare, ecclesias atq; scholas recte constituere, & optimarum artium studia, quæ & ornamento & præsidio sunt Ecclesijs, conseruare, ac pios doctores fouere & ornare.

Has ego uirtutes cum in Celsitudine tua, clarissime Princeps, prædicari audiam, statui has meas lucubrationes in Epistolas Dominicales, C. T. dedicare, ac scilicet [illegible] beneficio Dei cõstare [illegible] non straneolõgice, quam hic inuicta patria clarissimus ac laudatissimus Princeps, C. [illegible] pater, felicissimæ memoriæ, D. HENRICVS, optimo animo, pioq; cõsilio instituit. Deinde ut meam erga C. T. obser-

uantiam

niam & studium declararem,
mq; in docendo fidem & dili
niam probarem, & ut ostende
quàm res sit necessaria, utilis
, lectiones theologicas non
do in publicis scholis, sed eti
in ciuitatibus opulentioribus
ri, propter penuriam mini
um uerbi. Vere enim dictũ
CHRISTI ad hæc nostra
ra pertinet: Messis quidem
st, operarii [illegible]. Ad
[illegible]
, in co[illegible] ecclesiæ si
, magis [illegible]
firmarem, [illegible]
credibili studio uerbi Dei
gandi flagrare, atq; magnã
cuniam ad conseruanda stu
clesiæ necessaria, destinasse,

lere, uidelicet, qui studeant uerbum Dei propagare, ecclesias atq; scholis recte constituere, & optimarum artium studia, quæ & ornamento & præsidio sunt Ecclesijs, conseruare, ac pios doctores fouere & ornare.

Has ego uirtutes cum in Celsitudine tua, clarissime Princeps, prædicari audiam, statui hoc meas lucubrationes in Epistolas Dominicales, C. T. dedicare, in scilicet studiosum erga hoc beneficio Dei cõstare possem lectionis nostræ theologicæ, quam hic in mea patria clarissimus ac laudatissimus Princeps, C. T. pater, felicis memoriæ, D. HENRICVS, optimo animo, pioq; cõsilio instituit. Deinde ut meam erga C. T. obseruantiam

iam & ſtudium declararem,
mq; in docendo fidem & dili
iam probarem, & ut oſtende
quàm res ſit neceſſaria, utilis
, lectiones theologicas non
o in publicis ſcholis, ſed eti
in ciuitatibus opulentioribus
ſi, propter penuriam mini
um uerbi. Vere enim dictũ
CHRISTI ad hæc noſtra
ora pertinet: Meſſis quidem
eſt, operarii [illegible] pauci. Ad
præcham[illegible] conatum
, in con[illegible] eccleſijs ſt
, magis [illegible]ccenderem
firmarem. Quum enim C.
ncredibili ſtudio uerbi Dei
gandi flagrare, atq; magnã
ecuniæ ad conſeruanda ſtu
ccleſiæ neceſſaria, deſtinaſſe,

A iij ita

ita ut iam pauci Christiani principes reperiantur, quos cum C. T. conferre possemus.

Hic ego optarim C. T. imitari non summum illum ac præstantissimum principem Alexãdrum Magnum, qui octingenta talenta, id est, quadraginta & octogin ta millia coronatorum, ad conducendos uenatores, & alendas bestias, ut earum naturæ considerari possent, præceptori suo Aristoteli misit, sed sanctissimos illos Reges, Iosaphat, Oziam, Hezechiam, & similes, quos sacra scriptura magnificis ornat præconiis, eò quòd singulare in his studium fuerit conseruandæ religionis, & ornandi ministerij uerbi. Nam hos cultus, hæc officia DEVS à

ꝑ à ſummis principibus potiſſi-
mum requirit. Hinc enim nomen
habent reges, ut eccleſiæ CHRI-
STI nutritores uocentur, Eſa-
iæ xlix.

Cum igitur C. T. rem tam præclaram, uereq; ſanctam & ſua ſponte, & doctiſsimorū ac ſapien tiſsimorum uirorum (quorum C. T. magna copia eſt) inſtinctu moliri intelligerem, ipſe quoq; mei, ſiue officij, ſiue gratitudinis erga C. T. eſſe putaui, hanc tam piam mentem C. T. gratulari, & hortari, ut Spiritum ſuum [illegible] pergat, &, ut fortem ac uere he roicum decet principem, ſtrenue in hac Chriſtiana militia pugna re non deſinat. Huc ſcilicet Celſi tudo tua primum iuramentum il-

[illegible]; quod in baptismo Deo de-
[illegible], [illegible] maiorum domestica
exempla exhibebant, postremò &
nomen ipsum in lauacro regenera-
tionis C. T. inditum, non leues
stimulos admouerat.

Equidem ex promissionibus
diuinis hoc C. T. promittere nō
vereor, si ad hunc modum, ut iam
[illegible] fuerint,
[illegible] hoc C.
[illegible] incredibi-
[illegible] & domi
[illegible] Quia
[illegible] me glo
[illegible] primo: Be-
[illegible] iustas in lege
[illegible] tanquam ar-
[illegible]

fructum suum dabit in tempo-
suo, & folium eius non defluet
, & omnia quæcunq; faciet, pro-
perabuntur.

Hæ promissiones testantur
Deum omni genere benedictio-
cumulaturum esse eos, qui sa-
sanctum suum uerbum serio
defendunt, atq; illud propa-
diuinitus [illegible] dederit. Deus
[illegible] nec præstantio-
, nec maius [illegible] donare po-
quàm [illegible] sanctum, in quo
[illegible] & nos uerbo
cum eo [illegible] huic propter
bum, seu in honorem uerbi,
illos ordines, ecclesiasticum,
ciu, & œconomicum instituit.
Ad hæc omnia imperia & res
in mundo conseruat, ut scili-

cet hospitiũ prębeant ecclesię suę. Propter uerbum felices dat successus summis principibus, eosq́ admiranda ornat gloria atq́ victoria, quo scilicet ardentiore pectore, & maiori robore Deum laudare, & uerbum suum propagare, piosq́ doctores fouere, tueri & ornare possint. Constantinum Magnum historici prædicant, quòd & pius & fortunatus Imperator fuerit. Verum huius suæ felicitatis ac dei[illegible] in rebus gerendis, quàm etiam causam fuisse arbitremur, nisi quòd incredibili quodam studio uerbi Dei propagandi, & ornandi pios doctores, flagrauerit? Cuius cum multa prædara extant dicta & facta, tum illud in primis, quòd Nicænam

nam ſynodum inſtituit, in qua Ariana hæreſis confutata eſt, atq; pura & Apoſtolica doctrina Eccleſijs quaſſatis & perturbatis, reſtituta eſt. Extat præterea hæc eiuſdem uox egregia, ſe, ſi uideret ſacerdotem ſeu miniſtrum uerbi peccantem, chlamydem uelle explicare, eaq; illum cooperire. Quæ uox teſtatur eum in ſummo habuiſſe precio, & uerbum Dei & miniſtros eius.

Huius Imperatoris exemplum, clariſsime Princeps, C. T. ſibi proponat atq; imitetur, tum Dominus Deus noſter, mirabilem in omnibus negocijs ſucceſſum C. T. daturus eſt. Hunc igitur Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM ex animo precamur,

mur, ut cœptum suum opus, in C. T. confirmet & conseruet, ac C. T. feliciter gubernet ad publicam salutem, ac nominis & Euangelij sui gloriam, Amen.

C. T.

deditissimus

Hieronymus Vueller.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS EPISTOLA

Pauli Rom. 13.

HOC SCIentes tempus, quia hora est iã nos de somno surgere. Nunc enim propior est n[illegible] quàm cũ credidimus. Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus. Non in comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induamini

duamini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis ad desyderia.

HOrtatur in hac Epistola Pau. Romanos, ut postquam in societatem filiorum Dei vocati sunt, vitam dignam vocatione sua agant. Est autem oratio plena pulcherrimarum figurarum.

Et hoc scientes tempus, quia hora est, iam nos de somno surgere.

Somnum vocat securitatem carnalem, qua beneficia Dei sentit, non sentit autem negligimus. Est simillima similitudo. Nam ut hi qui dormiunt, nihil eorum sentiunt, quæ geruntur in mundo, nihil, aut curant, ita gentes & homines impij nihil curant nec timent, nec agnoscunt Deũ, aut beneficia eius, quæ tam largiter & cumulate Deus de cælo effundit, tũ corporalia, tũ spiritualia. Sie künnen weder Gott/ noch seine gaben recht erkennen.

Vocabulum ἐγερθῆναι significat vigilantiam, studium, diligentiam. Denique omnia pietatis exercitia, experrectum esse. Wacker vnd munder seins/ in verbo Dei, fide, vnd omnibus operibus ſu-

dei mus

deinum dormitare neq; stertere. Psalm. 16. Saciabor, cum experrectus fuero secundum imaginem tuam.

Nunc enim propior est salus nostra, q̃ cum credidimus.

Quasi diceret, Promissio de Christo uẽturo iam impleta est, iam uero non amplius in Christum uenturum, sed in exhibitum creditur, iam non amplius uni alq; alteri populo, sed omnibus gentibus Euangelium prædicatur, Es heisst nun/ gehet hin/ vnd prediget das Euangelium allen Creaturen. Luc. Euangelij sparsa est per totum orbem terrarum, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba eorum, Psal. 17.

Hortatio Pauli non solum ad Romanos, sed omnes homines omnium temporum pertinet, Romanis uero ad ultima tempora, ubi tam clara Euangelij exorta est. Hic faciendæ est mentio illarum tenebrarũ, in quibus olim eramus sub regno Papæ, & adhortandi sunt homines, ut hanc tam claram lucem Euangelij agnoscant, quo minus ueritatem, quæ pura contemptũ uerbi, incidat.

Nox præterijt, dies appropinquauit.

No

Nox errorem significat, & doctrinam, & vitam impiam. Tenebræ & lux, significant puram doctrinam verbi Dei, & veram notitiam Dei, ut ipsum testantur multa dicta scripturæ. Esaiæ 9. Populus qui in tenebris ambulat, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Verum hi qui istam lucem ambulant, nescunt quò tendant, aut quo perveniunt: ita homines impij & profani, qui in nocte, id est, in ignoratione Dei vivunt, nescunt quid agant, aut quò modo Deum colant. Item sicut in nocte omnia quæ sunt in mundo obscura latent, quasi non essent, ita ignorantia præcludit oculos cordis nostri, ut nullo modo Dei possimus agnoscere.

…luce Euangelij, parari solent, ideo diserte di… …rma lucis.

Velut in die honeste ambule- mus.

…similitudo est. Sicut dies alias actiones & ge… …postulat, ita Euangelium, et fides aliam uitam, …os mores à nobis flagitāt, et in nobis pariunt.

Non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus.

…plicatio uberior est precedentium &c.

Sed induimini Dominum Ie- sum Christum.

…sumus hæc …mus. Primum, cum si… …apprehendimus, ut donum & beneficiū eius … applicamus. Deinde, cū eum imitamur in om… …nibus actionibus uelut exemplū. Hæc enim uis … uocabuli ἐνδύσασθε, quasi diceret, Ir solt … vnnd gar in Christum kleiden/ das ihr … Christus ein kleyde werdet. Estq; μετάφο- …pta ab his, qui nouum induunt.

Reliqua in postilla D. Martini Lutheri.

DOMINICA ADuentus ſecunda, Epiſtola Pauli, Rom. 15.

DEbemus autem nos firmiores infirmitates impotẽtium ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſq; proximo ſuo placeat in bonũ, ad ędificationem. Etenim Chriſtus nõ plącuit ſibi ipſi, ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me. Quęcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam et conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & ſolatij det uobis idem ſapere mutuo inter uos ſecundum Ieſum Chriſtum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit uos ad gloriã dei.

Dico

Dico enim Christum Iesum mi-
nistrum fuisse circumcisionis, pro-
pter ueritatem Dei, ad confirman-
das promissiones patrum. Gentes
autem super misericordia honorẽt
Deum, sicut scriptum est: Propte-
rea cõfitebor tibi in gentibus, & no-
mini tuo cantabo. Et iterum dicit:
Laudate omnes gentes dominum,
& magnificate eum omnes populi.
Rursus Esaias ait, Erit radix Iesse,
& qui exurget regere gentes, in
eum sperabunt. Deus autem
impleat uos omni gaudio, & pace in
credendo, ut abundetis in spe & uir-
tute spiritus sancti.

...ma huius Epistolæ est, quòd fortiores Chris...
...llerare debeant infirmitates, & uitia infir...
...in fide, & iubet eos imitari Christum &c.
...in Ecclesia Christi duo sunt genera Chris...
...ni, firmi & infirmi in fide. Vtriq; habent
...unt à Deo, ut seinuicem iuuent, ac ædifi-
...rtioribus in fide præceptum est, ut robur fi-

dei sui in ferendis, ac prouehendis infirmis declarent, & operam dent, ne illos offendant. Diabolus enim illos potißimum φιλαυτίᾳ uexare solet, ut de donis suis ipsi sibi placeant, & ceteros qui sunt infirmi, aut imbecilles, præ se contemnant. Infirmis autem fide præceptum est, ne fortiores in fide, cum periculo conscientiæ imitentur, sed se ab illis regi & duci, ac erudiri sinant.

Debemus autem nos firmiores infirmitates impotentium portare.

Quando nos fortes uocat, qui robore fidei, aut aliis gratiæ donis cæteros antecellimus.

Et debemus proprie omnis generis infirmitates proximorum fratrum.

Ac non placere nobis ipsis.

Hoc est non debemus efferri aut insolescere nostris donis, sed agnoscere illa esse dona Dei, in hoc nobis donata, ut infirmos in fide eò facilius & patientius toleremus.

Vnusquisq; nostrũ proximo placeat in bonum &c.

Omnia

Omnia nostra opera, & omnes vitæ actiones ita ... atæ esse debent, ut proximus inde emendetur, ... ficetur, & proficiatur in pietate &c. Alle ... thun vñ wesen solle dahin gericht sein/das ... nechste draus bessere. Huc omnia nostra ... ra spectare debent.

... autem rei Christum ipsum nobis exem... proponit, & dicit.

Etenim Christus non placuit sibi ipsi.

Argumentum est à Maiore ad Minus. Si Chri... est sapientia & imago Dei patris, & verus ... se nostra causa humiliauerit, & hoc unũ ... nobis placeret in salutem ac ædificatio... strum. Quanto magis nos operam demus, ... mo placeamus in bonum, ac ædificatiõem? ... tinet egregium illud dictum, Philip. 2. ... cum in forma Dei existeret, non rapinam ... tus se æqualem esse Deo &c.

Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

Confirmatio est præcedentis dicti, estq; integer syllogismus. Quæcunq; præscripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt.

Exemplum Christi nobis præscriptum est,
Ergo imitari illud debemus.

Vult autem Apostolus ostendere his uerbis, quod omnia tum dicta tũ exempla Sacræ scripturæ propter nos mandata sunt literis à Spiritu sancto, ut inde discamus omnia, quæ ad salutem nobis necessaria sunt, ideo addit.

Vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Duo officia scripturæ tribuit. Primum quòd doceat patientiam, deinde quòd consoletur. Discrte autem dicit per consolationem scripturarum spem habeamus. Vt ostendat solam scripturam hoc posse præstare, ut mentes afflictas, pauidasq; conscientias erigat, et confirmet, nec ulla humana præsidia, aut externa bona id posse, Vt testatur dictum Salomonis: Dum cor angitur, non solatur ijs quæ extrinsecus adhibentur.

Docet etiam his uerbis Apostolus, quibus rebus uita Christianorum conseruetur: Videlicet patientia et consolatione scripturarum. Patientia facit ut Deum

Deum castigantem nos feramus, & sustineamus manum Dei fingentis & præparantis nos ad res magnas gerēdas in Ecclesia, Politia et Oeconomia. Consolatio autem scripturæ facit, ne pacientia nostra in medijs calamitatibus frangatur, atq; in illis concipiamus spem, quæ nos non sinit confundi.

Deus autem pacientiæ & solatij det uobis idē sapere mutuo inter uos.

Vocat Deum pacientiæ, uel quia à solo Deo donatur pacientia, uel quia Deus pacientes respicit, iuxta illud Psalmi 33. Prope est Dominus ijs qui contrito sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Precatur igitur Apostolus ut idem sentiant, maxime in doctrina. Nam concordia doctrinæ parit & conseruat mutuam dilectionem & beneuolentiam omnibus uitæ negocijs. Sicut econtra discordia doctrinæ parit dissipationem Reipublicæ, & omnium ciuilium ordinationum.

DOMINICA AD uentus tertia, Prima Cor. iiij.

SIc nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Cæterum quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iudicat me, dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuiq; à Deo.

Sectæ ac dissensiones erant apud Corinthios. Nam alij adhærebant Paulo, alij Appolloni, ita; ita quæq; secta suum apostolum prædicabat, & immodicis uehebat laudibus. Qui Paulo adhærebant, exis-

existimabant eum longe præstare Apolloni, non solum præclaris suis donis, sed etiam doctrina, & contra qui adhærebant Appolloni, præferebant eum Paulo., Atq; ita doctrinam illorum non ex verbo Dei, sed ex ipsis donis & applausu vulgi æstimabant. Hoc igitur sentiens Paulus, admonet eos, ut ab illo peruerso iudicio desistant, & docet quid de Ministris uerbi in genere sentiendum sit, Man sie von jhn halten / vnnd wie man sie halten soll. & dicit.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi.

Quasi diceret, Ita nos prædicare et laudare debet, ut ministros Christi. Maiorem laudem, & alium præconium nobis tribuere nemo potest, nec habet, sed nec aliam laudem, nec aliud præconium nouimus. Nam etsi inter nos alius alio præstantiora, et maiora habeat dona, tamẽ is perinde est minister Christi, ut alij, quibus inferiora dona contigerunt. Non enim in hoc sita sunt omnia, si quis in quibus donis præter cæteros præditus sit, sed si ille Christum pure ac fideliter annunciat.

Solet enim nonnunquam Deus per eum qui exigua dona habet, plus efficere in Ecclesia, quàm per alium, qui longe plura, & maiora dona accepit.

Cuius quidem rei multa exempla possunt colligi. Ideo etiã Apostolus supra cap. 3. ait, Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Deus enim hanc laudem sibi rapi non sinit, quòd ipse sit, qui Ecclesiam ædificet, aut seruet, idq; facit per Ministros uerbi, sed per alium plus, per alium minus, prout diuino suo arbitrio usum fuerit, inprimis uero per illum, qui summa fide ac diligẽtia ministerio uerbi fungitur, Der es treulich/ vnd mit ernst meinet. Ideo subijcit iam.

Iam hoc requiritur in dispensatoribus, ut fidelis quis inueniatur.

Quasi diceret, Hæc est summa commendatio ministrorum Verbi, si fideles sint ὀικόνομοι μυστηρίων θεοῦ. Atq; his uerbis simul docet Apostolus, quod sit principale officium Ministrorum uerbi, uidelicet, ut fideliter docẽt, Das es jhn ein ernst sey. Non igitur spectare tantum debemus in Ministro uerbi præclara sua dona (quamuis hæc quoq; adesse oportet) sed multo magis fidem ac sinceritatem eius in docendo spectemus, quæ nisi adsit, omnia dona, quantumuis præclara & rara in Ministro uerbi nullius momenti erunt. Nam & Hæretici, & falsi

falsi doctores multa eximia dona habent, & plerumq; maiora, & insigniora, quàm ueri doctores Quare nihil moror, inquit Apostolus, uestrum de me iudicium, Sufficiat mihi, ut fidelis Minister Christi inueniar, ideo addit.

Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer.

Mea nihil refert, siue me laudetis, siue uituperetis, siue magnifice & glorioſe de me ſentiatis & prædicetis, ſiue ſecus: Quia iudicium uestrum, & omnium hominum, uel ſapientiſſimorum in mundo prorſus nihilipendo, Nam humanum diem uocat cõmuni tropo ſcripturæ, ſummam ſapientiam uel laudem humanã. Adeo ut ne meipſum quidẽ iudicem, ut quicq̃ de doctrina mea pronunciem, ideo dicit.

Sed neq; meipſum iudico.

Nam etſi ſciam, & gloriari poſſim, quòd fideliter ac ſincere Euangelium prædicauerim, & multos Chriſto lucrifecerim, nolo tamen hoc ipſum de me prædicare. Non enim meum eſt iudicare de me, aut de mea doctrina, ſed Domini hoc eſt iudicium, qui ſi uellet exactam rationem Miniſterij à me requirere, non poſſem coram eo conſiſtere. Quia

ſcriptum

ſcriptum eſt Pſalm. 142. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo &c. Recte igitur dicit.

Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Qui autẽ iudicat me, Dñs eſt.

His uerbis omne iudicium de ſe & de doctrina ſua in Dominum reijcit.

Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat dominus.

Omittite iudicium ueſtrum de Miniſtris uerbi, quo ſoletis temere de illorũ doctrina pronunciare.

Omnino hunc locum accipiendum cenſeo de temerario illo iudicio, quo uulgus hominum de Miniſtris uerbi iudicare, ac de illorum doctrina, ac fructu doctrinæ pronunciare ſolet.

DOMINICA QVARTA Aduentus, ad Philip. iiij.

GAudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete. Manſuetudo ueſtra nota ſit omnibus hominibus.

bus. Dominus enim propè est. Nihil sollliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione, cũ gratiarũ actione petitiones uestræ innotescant apud Deum, & pax Dei, quę exuperat omnem intellectum, custodiat corda uestra, & mentes uestras per Christum Iesum.

Hæc epistola est παραινετικὴ. Hortatur enim Apostolus Philippenses ad gaudium spirituale, ad æquitatem, seu mansuetudinem, ad præcationem & gratiarum actionem.

Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.

Hortatur imò et præcipit Apostolus, ut Philippenses, & omnes afflictæ pauidæq; mentes semper in Domino gaudeant, neq; mortiferas illas cogitationes, id est, ignita tela diaboli admittant, sed ut illis repugnent. Causam uero cur gaudeant, et quidẽ ex animo, tacite subindicat, cum addit, in domino.

Vehementer opus habent hac adhortatione piæ mentes, quas diabolus tristicijs exercet, & miris modis fauorem Dei erga pios obscurat, ac iram Dei,

erga

erga peccatum, & terrores mortis exaggerat. Er macht den tod viel schrecklicher dann er an jm selbs ist.

Ad hæc mundus, id est, impij ac scelerati homines undiq; pios impugnant, & uexant, & affligunt, ut intus pugnas, foris timores habeãt. Oportet igitur Spiritum sanctum multum operæ sumere in erigendis, & confirmandis piorum animis. Nam non solum hortatur, sed præcipit etiam pijs ut gaudeant ac lætentur, sicut testantur plurima dicta scripturæ. Vt illud Psalm. 32. Exultate iusti in Domino, Rectos decet collaudatio: Confitemini Domino in cithara &c. Ita in Propheta Hezechiele: Grauiter cõminatur his, qui iustos contristant. Hezechiel. 13. Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti, quem ego non contristaui &c.

Loquitur autem hoc loco Apostolus non de corporali, sed de spirituali gaudio.

Genus.

Est autem gaudium spirituale, cum mens hominis gaudet in Domino, quod propicium, & fauentem Deum habet. Ideo Apostolus diserte dicit in Domino.

Proprium.

Recte igitur gaudium numeratur inter cætera dona Spiritus S. & inter fructus fidei. Quia reddit animum

sit animũ exultantem in fauore et misericordia dei, & conscientiam pacatam, et acquiescentem in promissionibus diuinis. Atq; hoc proprium est gaudij spiritualis, Das sich ein mensch allein in Gott frewet/ vnnd in seiner gnaden vnnd barmhertzigkeyt: quòd nos respiciat, exaudiat, iuuet, eripiat, &c. Eiusmodi gaudium erat beatæ uirginis Mariæ, cum inquit: Et exultauit spiritus meus &c.

Differentia.

Quare hoc longe aliud quàm corporale est gaudium, quòd solummodo in bonis & commodis externis situm est: quæ cum adsunt, cor hominis lætatur, cum uero desunt, gaudium illud perit &c.

Accidens.

Nam etsi mens piorum principaliter in solo Domino lætetur, et summam uoluptatem ex uerbo Dei, eiusq; fauore percipiat, tamen corporalibus illis beneficijs, & donis Dei excitatur, ut effusius lætetur in Domino.

Mansuetudo uestra nota sit omnibus hominibus.

Supra docuit quomodo coram Deo pij uiuant. Hinc uero docet quomodo erga proximum se gerant.

rant, & tradit optimam regulam, qua omnia officia charitatis complectitur, cùm eos iubet esse mansuetos erga omnes homines, tum amicos, tum inimicos. Quibus uerbis discernit mansuetudinem Christianam à mansuetudine Politica, seu Philosophica, cuius proprium est amicis tantum, & his, qui de nobis bene meriti sunt, placabilem se præbere.

D. Dominus enim propè est, nihil solliciti sitis &c.

Addit nunc causam cur in Domino lætentur, & mansueti sint erga proximũ: Quia Dominus propè est. Vocabulum propè intelligatur de præsentia & protectione Dei, uidelicet, quòd Deus nobis adsit, nos respiciat, nos exaudiat, nos iuuet, nos defendat, Der gar vmb vns her ist etc. Quemadmodum mater adest circumfusa infanti filiolo suo.

D. Sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiões uestræ innotescant apud Deum.

Hic locus uberrimam explicationem requireret. Ostendit enim quæ sit uera oratio, Wie ein

rechte

...ste ernste gebette soll geschickt sein. Facit autem quatuor species orationis, videlicet, Orationem, obsecrationem, gratiarum actionem, ac petitionem.

Oratio est precatio quæ conceptis uerbis constat, ut est oratio Dominica, & Psalmi &c.

Obsecratio est precatio quæ urget, & intendit precationem.

Petitio est, cum aliquid nominatim à Deo petimus.

Gratiarum actio est, cum enumeramus et agnoscimus beneficia, & pro illis gratias agimus.

IN FESTO NATIVITATIS Christi, Epistola ad Hebræos. cap. primo.

MVltifariè multisq; modis olim Deus locutus patribus per prophetas, nouissimis diebus istis locutus per filium, quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ, & imago substantiæ eius,

tię eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, per se purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedet ad dextram maiestatis eius in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto excellẽtius præ illis nomen hæreditauit.

Valde egregia hæc est Epistola, maximeq; huic festo consentanea & digna, quæ diligenter legatur, & accurate explicetur. Habet autem duas partes. Prior est de humanitate Christi, Altera de diuinitate eius, & in summa docet duas illas naturas esse in Christo, uidelicet, diuinã & humanam, uel Christum uere ac naturaliter Deum esse atq; hominem.

Hæc doctrina diligenter, ac sedulo tractari debet in Ecclesia, duabus maxime de causis. Primum, ut piæ mentes probè munitæ sint contra omnes hæreses quæ unquam fuerunt, aut futuræ sunt aduersus summum illum articulum nostræ fidei, quòd Christus uere sit Deus, & homo. Deinde quòd omnis ferè consolatio scripturarum in hoc articulo sita, atq; inde etiam petenda sit, quòd eiusmodi saluatorem Christum habemus, qui cum sit uerus Deus, filius Dei unigenitus, tamen propter nos huma-

nam

assumpsit naturam, ac χρηματι ἐνεργὸς ὁ ἄνθρωπος. Nam cum sit uerus Deus, sequitur quòd omnia cum Deo patre habeat communia, sicut Christus ipse testatur Iohan. 17. Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Quibus uerbis Christus omnia comprehendit, ipsam scilicet potentiam sapientiam, gloriam, & bonitatem diuinam. Alles was Gott selbs ist/ vnnd hat/ vnnd nichts ausgeschlossen.

Cum igitur Christus omnia cum Deo patre habeat communia, sequitur etiam quòd à Deo patre omnia potest impetrare, Das er des vatters dro ben im himel mechtig sey/ eò quòd idem quod ipse pater vult fieri in cœlo et in terra. Eandem uoluntatem, uoluntatem et consilium patris atq; filij necesse est. Hæc scire magna consolatio est, sed minor illa est, quòd Christus saluator noster secundum quòd homo sit, quòd assumpsit carnẽ de carne nostra, et ossa de ossibus nostris, ut eum fratrem nostrum appellare possimus, sicut ipse nos uicissim fratres appellat. Quæ cum ita sint, nostris ipse mandatur oportet. Sed ad textum accedamus.

Multifariè multisq; modis olim Deus locutus patribus per

prophetas, nouissimis diebus istis est locutus nobis per filiũ.

ἔμφασις est in hac voce ἐν υἱῷ, id est, per filium. significat enim, & probat Christum uere et naturaliter esse hominem. Necesse enim est illum filium, in quo Deus nobiscum loquatur, perinde esse hominem, atq; Prophetæ fuerunt, nisi quòd ille filius sine peccato & conceptus & natus fuerit, nec vllum peccatum in eum cadere aut hærere in eo potuerit, eò quòd illa persona, id est, filius Dei, simul est uerus Deus magnum & firmum hoc est testimonium de humanitate Christi. Sed sunt alia multa, & firmiora in propheticis & Apostolicis scriptis, ut Esa. cap. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Item Esa. 7. Ecce uirgo concipiet & pariet filium &c. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Altera pars.

Quem cõstituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula.

Nunc probat Christum uere & natura esse Deum, & sex firmißima argumenta affert, quibus propositionem istam probat.

Primum

...um argumentum est, quod dicit Christum ... omnium à Deo patre constitutum esse. Al... quòd dicit secula per ipsum facta esse. Ter... id ait.

...i cum sit splendor gloriæ, ... imago substantiæ eius.

...anda hic est phrasis, nam splendor glo... cat eiusmodi splendorem gloriæ, qui non ...arari à gloria, uel qui est unitus cum ipsa ... quemadmodum sol & splendor eius à se ...parari aut diuelli nequeunt, sed splendor ... in natura, uel substantia solis, ut quasi ... sol unitus esse uideatur, Das der schein ... Sonne im wesen gleich ein ding sein. ... dicendum erit de his uerbis: Figura sub... eius, Videlicet quòd filius Dei Iesus Chri... smodi sit χαρακτὴρ, id est, imago patris, ... ipsa substantia, id est, patre unita sit, ut ... filius, quod ad ipsam diuinitatem, seu es... pertinet, sint idem Deus, licet duæ sint ... Est igitur filius eiusmodi imago patris, ... Deus pater transfundit suam substantiam.

...ortans omnia uerbo uirtutis ...æ.

Quartum argumentum est, quo probat Christum uere & natura Deum esse. Si enim Christus uerbo suo omnia fert, agitat & seruat, sequitur quòd sit uerus Deus. Nam hoc præconium nulli creaturæ tribui potest, præter solum Deum. Vsus est autem ualde emphaticis uerbis, cum ait: Ferens omnia uerbo uirtutis suæ. Nam ferens hic significat agitans, seruans, uiuificans, fouens &c. Item uerbum potentiæ est eiusmodi uerbum, quo ipse omnia regit, ac efficit in cœlo & in terra, ut testatur Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

Per se purgationem peccatorum nostrorum faciens.

Quintum hoc argumentum est, quòd idem Christus simul uerus sit Deus & homo. Necesse enim est illum qui purgat, ac delet peccata per sanguinem suum, non modo uerum esse hominem, sed etiam uerum Deum. Tanta enim uis est peccati, ut humanis uiribus deleri nequeat. Es gehöret nicht menschliche / sonder Göttliche krafft darzů / sünde zů tilcken.

Sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsis.

Dextum

...rectum argumentum hoc est, & quidem omni... firmißimum. Nam sedere ad dexteram Maie... Dei est ὁμοούσιον εἶναι θεῷ, æqualem Deo ... Gotte mit sein. Sed hic locus copiose explica... à D. Doctore Martino. L. in commentario ... Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo etc. ... lectorem & auditorem remittamus.

IN FESTO CIRCVMcisionis Domini, ad Galatas cap. tertio.

DRius autem quàm ueniret fides: sub lege custodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. At ubi uenit fides: iam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quicũq; enim in Chriſto baptizati, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neq; græcus, non eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſcu-

lus neq; fœmina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Si autem uos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

Principalis locus huius Epistolæ est de Abrogatione legis. Principio igitur dicendum est de ea, ut hominum animi contra impia dogmata Antinomorum probè muniti sint.

1 Differentia. *Vulgus hominum Abrogationem legis intelligit licentiam quandam liberius viuendi, & faciendi quicquid libet.*

2 *Nec aliter Antinomi Abrogationem legis docent, & intelligunt.*

3 *Atq; hæc duo genera hominum, videlicet, Antinomi, & homines profani Abrogationem legis tantum ad carnem referunt.*

4 *Scholastici autem doctores, ut Origenes & similes Abrogationem legis tantum dece remonialibus & iudicialibus legibus Moisi accipiunt.*

5 *Tantos scilicet errores parit falsa definitio abrogationis legis.*

6 Species. *Est igitur Abrogatio legis proprie liberatio ab omnibus legibus, tum diuinis, tum humanis.*

Nam

Nam nomine legis intelligatur non solum lex 7
moralis, sed etiam ceremonialis, & iudicialis.

Atq; hæc abrogatio legis transferenda est non 8
ad carnem, sed ad spiritum, uel conscientiam. Proprium.

Videlicet, quòd lex non amplius potest accusa- 9
re, aut damnare, aut perterrefacere conscientiam.

Licet interim caro illam abrogationem legis mi- 10
nime sentiat aut intelligat, quia manet sub lege.

Porrò abrogatæ legis multa sunt commoda, ui- 11
delicet, tranquilla conscientia, cor pacatum, uera
fiducia erga Deum, inuocatio, gratiarum actio, &
similes motus cordis spirituales, quos D. Paulus
commemorat ad Gal. 5. Fructus autem spiritus est,
charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas &c.

Hos autem omnes fructus spiritus homo præsta- 12
re non potest, dum conscientia eius accusatione le-
gis angitur.

Cæterum hæc abrogatio legis salua & firma ma- 13
nebit conscientijs, quacunq; politia utamur. Accidens.

Nam externa illa & ciuilis disciplina nihil uel 14
addere, nel detrahere potest de abrogatione legis,
quòd spiritualis est.

DOMNICA PROxima post festum Circumcisionis, Ad Gal. cap. quart.

DIco autem, quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt à seruo cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & procuratoribus est usq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At ubi tempus completum est, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum recipere mus. Quoniam autem estis filij dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, Abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius. Quod si filius, et hęres Dei per Christum.

Quo

Quò rectius & facilius hunc locum Pauli intelligamus, totius Epistolæ argumentum cognoscendum est. Pseudapostoli Galatarum animos peruersa doctrina perturbauerant, docentes, fidem in Christum non sufficere ad iustificationem, nisi & circumciderentur, & totam legem Mosi seruarent.

Hanc impiam opinionem ut animis eorum Apostolus eximat multum sudat, & pugnat fortiter, sola fide in Christum nos iustificari, eò quòd Christus sit finis legis ad iusticiam omni credenti, & breuiter docet legem abrogatam esse per Christum.

Sed quominus fidem ita prædicet, ut interim doctrinam legis de Ecclesia tollat, utramq; doctrinam in Ecclesia necessariam esse ostendit, &, ut artificio conuenit, non solum firmissimis argumentis probat, sed etiam pulcherrimis similitudinibus hoc ipsum declarat. Comparat enim legem carceri, pædagogo, & tutoribus, Deum patrifamiliâs condenti testamentum, conscientiam paruulo hæredi commendato tutoribus.

Dico autem quanto tempore hæres paruulus est.

Tempus illud, de quo hic loquitur Apostolus, non solum historice, sed etiam spiritualiter intelligendum

gendum est. Quocies enim caro reluctatur spiritui, & aut secura, aut lasciua esse incipit, ibi tum sub tutoribus, & œconomis, id est, lege sumus. Tum ipsum Mosen audire concionantem debemus, Vbi uero sensu peccati, metu iræ Dei & terrore mortis affligimur, tum nil nisi suauissimam uocem Christi, & dulcissimas promissiones & consolationes Euangelij audiamus, & Mosen simul cum lege sua quàm longissime à nobis repellamus, atq; existimemus præscriptum tempus legis iam impletum, ac hæreditatem nobis adeundam esse.

Obseruanda autem sunt hic pondera uerborum. Vsus est enim ualde emphaticis uerbis, & gratiosis figuris. Vocat legem elementa mundi. Nam ut quatuor illa mundi elementa, ignis, aër, aqua, terra, tantum ad hanc corporalem uitam sustentandam à Deo creata sunt. Ita lex tantum ad coercendam carnem, & mortificandam data est.

Est igitur summa huius Epistolæ, ideo liberati sumus per Christum à lege accusante, & condemnante, ut simus filij Dei, & cohæredes Christi, ideo sic concludit.

Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda

corda uestra clamantem &c.

Absoluto isto loco de Abrogatione legis, Apostolus addit nunc consolationem suauissimam. Dicit enim quòd Deus spiritum filij sui in corda nostra dedit. Hic locus clare testatur Spiritum Sanctum in pijs loqui & orare.

Verum hic locus copiosissime ac eruditissime à D. Doctore Martino Lut. explicatus est in Commentarijs super Galatas, illuc remittamus lectorem.

IN FESTO EPIPHANIÆ, Esaiæ. lx.

Surge illuminare Ierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: omnes isti congregati sunt, uenerunt

uenerunt tibi: filij tui de longe uenient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc uidebis, & affluës, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.

Pictura est Ecclesiæ. Ostendit enim Propheta qualis status fuit Ecclesiæ suo tempore, cum oppressa erat infinitis idolatrijs, & impijs dogmatibus. Ideoq; comparat eam mulieri quæ confecta mœrore, sedet in tenebris, id est, in medio cœtu impiorum hominum, qui Ecclesiam intus & foris impugnant. Deinde etiam uaticinatur qualis status Ecclesiæ futurus sit tempore Apostolorum, postquam Christus exhibitus est, quod exorietur lumen, quod illuminabit omnes gentes, uidelicet, quòd Euangelium prædicabitur in toto orbe terrarum, atq; hoc fœlicissimum tempus iam dicit esse

pri-

ribus. Ideo ait: Surge illuminare Hierusalem, quia uenit lumen tuum.

Est autem hæc Epistola plena uenustissimis figuris, & picturis. Cognitis figuris textus per se facilis est, & perspicuus.

Lumen significat Euangelium, λόγον illum, cuius mentionem facit Euangelista, Ioan. 1. Quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Tenebræ significant ignorationem Dei, & idolatriam. Item omnem humanam rationem, sapientiam, & iusticiam uacuam timore Dei, & uera notitia Dei.

DE REVELATIONE Christi.

REuelatio Christi duplex est. Vna, quæ fit uerbo, seu prædicatione uerbi, Atq; hæc uera & propria est reuelatio Christi. Altera est, quæ fit signis, cuiusmodi reuelatio erat Christi facta Magis. Hæc autem imperfecta reuelatio est, donec prædicatio uerbi accesserit.

Est igitur Euangelium quod proprie discernit nam reuelationem Christi ab illa reuelatione quæ fit signis.

Omnes

Omnes enim reuelationes à Deo, quantumuis glorioſæ ſine uerbo Dei ſunt incertæ, et dubiæ, nec poſſunt homines ad ueram notitiam Chriſti perducere, ſed potius deterrent à Chriſto, ut teſtatur illud exemplum Matt. 14. de diſcipulis Chriſti.

Quare non ſatis eſt habere reuelationes, quantumuis magnam ſpeciem habeant, ſed oportet etiã illas coniunctas eſſe cum uerbo Dei, quòd certo teſtetur illas reuelationes eſſe à Deo. Itaq; nullo modo ſerendi ſunt fanatici ſpiritus, qui reuelationes ſuas tantopere iactant & prædicant.

Nam Deus non uult nobiſcum agere, aut ſe nobis reuelare, niſi per uerbum. Vt teſtantur dicta Sacræ ſcripturæ, ut Deutero. 3. Ne dicas in corde tuo, quis aſcendat in cœlum? Prope eſt uerbum, uidelicet, in ore tuo, & corde tuo. Item Lucæ 16. Habent Moſen & Prophetas, audiant illos. Item Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, illæ enim ſunt, quæ teſtimonium de me perhibent. Huc & exempla pertinent.

Porrò reuelationis Chriſti finis eſt, ut hi, quibus exorta eſt lux Euangelij, in Chriſtum credant, & ut Euangelium propagetur, & nomen Dei ſanctificetur, et uera notitia Dei patefiat, & diuulgetur, & gloria Dei illuſtretur. Deniq; ut homines conuertantur ab idolatria ad uerum cultum Dei.

Hæc

pertinent & ceteri fines reuelationis Christi, videlicet, uera pœnitentia, et fructus pœnitentiæ.

Sed quid causæ est, dicat aliquis, quòd tam pauci in mundo Christum reuelatum per prædicationem Euangelij agnoscunt, et in eum credunt? Breuiter respondeo. Illa scilicet deformis species Christi, quia Euangelium est uerbum crucis. Deinde plurima existunt scandala et infirmitates piorum in Ecclesia, quibus deformari uidetur Euangelium.

DOMINICA PRIma post festum Epiphaniæ, Roman. xij.

OBsecro itaq; uos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, placentem Deo, rationale obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona, & bene placens & perfecta. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi,

omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nō eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

Hæc Epistola Pauli est ἠθικὴ, quia hortatur pios ad bonos mores, & bona opera, neq; ea vulgaria, sed prorsus noua, & quæ sunt ὑπερλογικὰ apud rationem humanam præcipit. Iubet enim illos sacerdotes fieri, & sua ipsorum corpora immolare. Hæc doctrina de bonis moribus plane ignota est rationi humanæ.

Vocat autem hoc ipsum sacrificium, quo propria corpora Deo sacrificamus, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ.

Hostiam uiuam propter Spiritum sanctum, uiuificantem, sanctam propter sacrum illum sacrificandi usum, εὐάρεστον propter fidem, quæ facit nos placere Deo. Item rationalem cultum uocat mentis

...tis cultum, quæ inuocat Deum, & agit gra...
...deo.

...φασις autem est in hac particula λόγικην λατρείαν. Distinguit enim his uerbis sacrificia pi... à sacrificijs idolatricorum sacerdotum, qui ipsi immolant sua corpora, quemadmodum pro... Baalim. 3. Reg. 18. fecisse legimus, qui spi... lacerabant sua corpora, & hodie adhuc hunc ... Turcicis sacerdotibus esse aiunt. Item sicut ... fanaticos fecisse, & adhuc facere comperi... qui hunc locum Pauli depranant. Rationa... hunc uult esse cultum, hoc est, spiritualem, quo ... cultu mortificantur membra carnis, quæ pu... aduersus spiritum, uidelicet, cordis immundi... fornicatio, libido, concupiscentia mala, et ava... Coloss. 3. Item cum omnes afflictiones nostras ... ter ferimus, & in illis Deo obedientiam, & ...tionem præstamus.

...iusmodi cultum homo ψυχικὸς, id est, car... Deo exhibere non potest.

Et non imitamini hunc mun...dum.

...nc seipsum interpretatur quid uocarit λό... λατρείαν, uidelicet, μὴ συσχηματί...

ſis de huic ſeculo, hoc eſt, non ſimiles opiniones & affectus humanorum affectuum concipite. Mundus enim, id eſt, homines profani & impij tantum opes, honores & uoluptates quærunt in hac uita, nec Deum curant, nec homines, Sie leben dahin/ als were kein Gott im himel. Sic uos Chriſtiani, inquit, non uiuatis.

Sed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri.

Hoc eſt, nouos [illegible] concipite erga Deum, & proximum, [illegible] gar newe menſchen. & iam addit cauſam.

Vt probetis quæ ſit uoluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.

Nam in mortificandis membris carnis, & tolerandis afflictionibus rectè diſcimus, et pernoſcimus uoluntatem Dei, tum enim uel maxime fides exerceri ſolet.

Reliqua in Commentario D. Philippi Melan. in Epiſtolam ad Romanos.

Dominica

DOMINICA POST Epiphanię ſecunda, Rom. xij.

HAbentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, diuerſas. Siue prophetiam, ut conſentiat fidei: ſiue miniſterium, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: qui præeſt in ſollicitudine: qui miſeretur, in hilaritate. Dilectio ſine emulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes. Sollicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus uos, benedicite & nolite maledicere, gaudete cũ gaudentibus,

dentibus, flete cum flentibus, idem inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Principalis locus huius Epistolæ est, quod hi qui ad docendam & gubernandam Ecclesiam Christi uocati sunt, non debent extra uocationem suam erumpere in aliena officia, sed modum doni sui noscere, & sua dona ad gloriam Dei, & ad edificationem Ecclesiæ conferre.

Hanc propositionem Apostolus amplificat similitudine sumpta ab humano corpore, & alijs præterea schematibus.

Diligenter igitur considerandæ sunt uerba eius, ὑπερφρονεῖν uocat, plus sibi arrogare, quàm conuenit. Vt si quis non contentus suo dono, aut illo elatus in alterius uocationem irrumpit. Hoc uitium Græci uocãt πολυπραγμοσύνην, quo nihil pernitiosius est, tum in Ecclesia, tum in Politia, quando Pastores Ecclesiarum uolunt esse gubernatores rerumpub. & alterum pedem habere in curia, alterum uero in Ecclesia.

Sed sapere ad sobrietatem.

σωφρονεῖν *significat sobrium, modestum, & moderatum esse. Germanice* Eingezogen sein / mäßiglich

von jhm selbs halten/ Agnoscere seipsum, & suas dotes.

μετρὸν πίστεως, siue mensuram fidei uocat dona, quæ secum affert fides. Deus enim honorat fidem piorum, præter summum illud præmium, id est, uitam æternam, etiam singularibus quibusdam donis spiritualibus, quæ infra commemorat Apostolus.

Nam etsi omnes pij eandem habent fidem in Christum, & eundem spiritum, tamen præter hoc summum donum, suas quisq; peculiares dotes habet à Deo. Alius enim egregie, ac erudite scripturas interpretari potest, alius gratiam docendi habet. Hic grauiter, & cum magna autoritate peccantium potest arguere. Ille econtra potest consolari, & confirmare afflictas mentes, pauidasq; conscientias erigere. Item alius dono linguarum insigniter præditus est. Alius præclare, ac fortiter defendere potest cum aduersarijs & impijs doctoribus, eosq; eruditis disputationibus confutare. Hæc & eiusmodi dona Spiritus sancti permulta sunt in Ecclesia Christi. Verum hæc omnia dona ad hunc finem, seu metam directa esse debent, ut Christianorum alius alium erudiat, ædificet, ac seruet, quò facilicet gloria Dei illustretur, & nomen eius sanctifi-

ficetur. Atq; huc Apostolus similitudinem illam de humano corpore accommodat.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus &c.

Venustissima & aptissima similitudo est. Videmus enim in corpore humano mirificam esse omnium membrorum inter se ἁρμονίαν, & concordiam, ubi alterum membrum alteri seruit & opem fert, atq; honorem ultro exhibet. Talis in Ecclesia Christianorum inter se debet esse concordia, & societas, uel ἁρμονία, ut alter alterum fraterna charitate complectatur, & suauitate morum ferat, & tum doctrina, tum bono exemplo eum erudiat, atq; ædificet. Præcipuè uero talis concordia & amicitia inter Doctores & Ministros Ecclesiæ esse debet. Nam Apostolus de illis hic potissimum loquitur. Nam ubi illi inter se concordes, & amici fuerint, plurimum iuuare, ac ædificare poterunt Ecclesiam, atq; præclaras de hostibus Ecclesiæ deportare victorias, sicut testatur Psalm. 67. Principes exercituum amici sunt inter se, & mater familiâs diuidit

...ssolia. De hac concordia quoq; concionatur ...lm. 132. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & uitam in secula.

Habentes igitur donationes, secundum gratiam quę data est nobis, diuersas, siue prophetiam, ut consentiat fidei.

...ęc ...ræ uocat dona illa spiritualia. Et est ...ia: Deus secundum gratiam suam multa & ...a dona nobis dedit. Nam alteri dedit donum ...pretandi scripturas, ac uaticinandi. Alteri ali...um spirituale dedit.

...rophetiam hoc loco proprie uocat interpre...em sacræ scripturæ, hanc iubet ἀνάλογον ...esse fidei, hoc est, conuenire cum doctrina fi... die soll sich mit dem glauben reimen. *Quasi .... Qui habet donum interpretandi scriptu..., is operam det, ut interpretatio eius cum arti..., uel doctrina fidei conueniat, non debet sem...per opiniones & cogitationes suas sequi, quantumuis speciosas, & præclaras, sed uidere an etiam ...stantiæ sint fidei.*

Siue ministeriū in ministrando.

Quasi diceret. Qui fungitur officio Diaconi, diligenter officium suum faciat. Diaconi erant in primitiua Ecclesia idem quod apud nos in nostra Ecclesia sunt præfecti erarij Ecclesiastici.

Siue qui docet, in docendo.

Qui habet, inquit, donum seu gratiam docendi, is hoc suo dono contentus, diligenter ac sedulo doceat, & uocationi suæ inseruiat, ac meminerit, ut hoc talentum suum cum fœnore Domino suo reddat. Existimo autem Apostolum hic loqui de peculiari illo dono, seu gratia docendi, ac erudiendi alios. Sunt enim quidam Concionatores, mira dexteritate & gratia docendi præstantes, Die haben eine sonderliche gnade andere leute zů leren. etiamsi non excellenti eruditione sint præditi. Sicut econtra reperiuntur qui egregie sacram scripturam possunt interpretari, nec tamen eadem felicitate seu dexteritate possunt alios docere. Quare non aspernetur facundus eruditum, nec eruditus facundum, sed alter alterius dona agnoscat, reuereatur, & prouehat ad gloriam Dei ac ædificationem Ecclesiæ.

Siue qui exhortatur, inseruiat in exhortando.

Est &

& hoc peculiare donum posse in docendo & hortando traducere mentes ad aliquem affectum, & posse dicendo persuadere auditoribus, id quod alius tantum nude ac simpliciter tradere nouit populo. Vt autem hoc præstare aliquis possit, oportet eum multiplici eruditione instructum esse.

Qui tribuit in simplicitate.

Tametsi beneficentia seu liberalitas communis esse debeat omnium Christianorum, tamen sunt, in quibus singulare hoc est donum benefaciendi alijs. Quod habet Apostolus: ita benefacere alijs, ne suo beneficio conentur illos quasi obligare & deuincire, das sie offen sie die selbigen mit jhrer wolthat gefangen nemmen. Vt maiora pro his meritis beneficia organtur rependere.

Qui præest, sit sollicitus.

Necessarium ac utile præceptum est omnibus gubernatoribus Ecclesiarum & Rerumpub. ut sedulo & diligenter officia uocationis suæ faciant, Das sie jn sollchs lassen angelegen sein/ Vt curent Ecclesias, & Respub. ut tota eorum mens, cura, & cogitatio huc intenta sit, ut recte consulant his, qui illorum fidei commissi sunt.

Dominica

DOMINICA POST Epiphaniæ tertia, Rom. xij.

NOlite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos ulciscentes, charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi uindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congreges super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

Paulus in hoc toto capite principaliter id agit, ut hortetur pios ad concordiam et pacem, ut quisq; nostrum cogitet se membrum esse alterius, sicut in

corpore

corpore humano (Vnde ipse ducit similitudinem) videmus omnia membra mirabili concordia inter se coniuncta esse, & alterum alteri opem atq; honorem ultro exhibere. Hanc concordiam quoq; inter Christianos, qui sunt corpus seu membra Christi, esse oportet, ac decet. Vbi nemo nostrum sibi soli niuat, aut consulat, sed omnium nostrarum actionum & studiorum hic finis esse debet, ut primum gloriam Dei illustremus, deinde, ut proximo seruiamus.

Quàm necessaria autem sit concordia, uel amicitia, ἀγὰπη φιλαδελφία Christianorum, hoc loco non docet. Nam causæ huius concordiæ multæ sunt & graues. Prima est, quòd Christiani debent non modo docere alios, ac erudire in uerbo Dei, sed etiam præ lucere alijs bono exemplo. Quia scriptum est Matt. 5. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant homines uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Altera ratio est, quòd Christiani sunt templum Spiritus sancti, 1. Cor. 3. Nescitis quòd templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis? Et 6. item: Nescitis quod corpora uestra membra sunt Christi? Cum igitur templum Dei sumus, longe aliter nos agere conuenit, quàm Ethnicos, aut impios.

Tertia

Tertia ratio est, quòd Deus non est Deus discordiæ, sed pacis, 1. Cor. 13. Non est enim Deus dissensionis, sed concordiæ, non potest igitur Deus habitare inter eos qui non sunt amici & concordes inter se, ubi alter contemnit præ se alterum, aut se illi præferri postulat propter sua quædã eximia dona.

Quarta ratio est, quòd non possumus fidem, & cætera dona Spiritus sancti retinere, nisi concordes inuicem fuerimus. Principalis enim uirtus fidei est pax, seu concordia, quæ nobis est simul cum Deo atq; hominibus. Ideo etiam Angeli, Lucæ. 2. inter cætera dona cœlestia precantur hominibus pacem: Et in terra pax &c.

Sunt præterea multo plures causæ, quas ex sacra scriptura possumus colligere, quòd Christiani inter se concordes, & amici, καὶ φιλάδελφοι esse debent.

Ne sitis sapiẽtes apud uosmetipsos.

Nunc incipit commemorare uirtutes illas Christianas, quibus concordia illa spiritualis alatur & confirmetur. Quamuis & supra multas id genus uirtutes recensuit. Hæ uirtutes proprie dicuntur uirtutes Christianæ, quia nihil de his in Philosophorum libris scriptum inuenimus, eò quòd hæ

uirtutes

uirtutes ignotæ sunt humanæ rationi, & nullo modo in impios possunt cadere.

Mira ἐμφασις est in singulis uerbis Apostoli. Non uetat prudentem esse, nam prudentia tum spiritualis, tum ciuilis est eximium donum Dei, ma ximéq; necessarium. Sed prohibet prudentem esse quod semetipsum, Das sich einer selbs für klug helt. de seipso magnifice sentire, efferri suis quaslibetcunq; donis, seipsum & dona sua suspicere. Wo das laster in einen menschen / sonderlich in einen prediger geret / so ist er kein nutz mehr.

Nulli malum pro malo reddentes.

Hæc quoq; inter principales uirtutes Christianas numeratur, scilicet, nõ reddere malum pro malo. Hanc enim uirtutem nullus impius, aut Ethnicus, quantumuis uir bonus, & integer præstare potest. Oportet igitur eum, qui hac uirtute præditus sit, illuminatum esse Spiritu sancto, cuius cor iustificatum sit fide. Hæc enim est, quæ nouos motus iræ in homine parit. Nec uero ex homine Christiano plane truncum aut stipidem faciamus, ut non sentiat carnem irascatur ei, à quo læsus est, sed hunc affectum carnis spiritu ac fide reprimit, nec sinit carnem dominari spiritui, sed cogit carnem

quamuis

quamuis reluctantem obedire spiritui, ac reddere bonum pro malo.

Prouidentes bona, non tantum coram Deo &c.

Quasi diceret. Ita uos comparate, ut omnes homines uitam & mores uestros probent, Das alle menschen einen wolgefallen an euch haben / *eò quòd uident in uita uestra lucere singularem, tum pietatem, tum honestatem, et suauitatem quandam morum. Sæpe enim bono exemplo plus proficitur, quàm egregia doctrina, iuxta illud Menandri,* τρόπος ἐστὶν ὁ πείθων τὸν λέγοντα, ὁ λόγος. *Suadet loquentis uita non oratio. Itaq; hoc præceptum Apostolus ubiq; in suis Epistolis tam diligenter inculcat, Vt* 1. Corin. 10. *Sine offensione estote Iudæis, & gentibus.*

DOMINICA POST Epiphaniæ quarta, Rom. xiij.

REddite ergo omnibus debita: Cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Nemini

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem implet: nam quod dictum est: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quid est aliud mãdatum, in hoc uerbo comprehenditur: Diliges proximum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum nõ operatur. Plenitudo ergò legis dilectio est.

Principalis locus huius Epistolæ est de charitate. Definienda est igitur charitas.

Charitas Christiana proprie est, cum alter alterum diligit sine ullo suo commodo, sicut pater diligit filium. Talis scilicet σοφὸν esse debet in Charitate Christiana.

Sunt autem multæ species charitatis, sed duæ sunt principales, uidelicet, misericordia, & liberalitas, seu beneficentia.

Misericordia est illa uirtus, cum afficimur alterius miseria uel calamitate.

*Beneficentia, seu liberalitas est, cum scilicet fertur erga proximum, seu misericordia commoti, opem

ti, opĕ eidem ſeramus, eumq; inuemus, et ornemus.

Proprium officium charitatis eſt diligere proximum, ut ſeipſum. Sic enim Chriſtus, & Paulus, & lex Moſe charitatem definiunt. Huc pertinent etiam omnia charitatis commoda, uidelicet, quod officia charitatis certiſſima ſigna & teſtimonia ſunt fidei, quæ in nobis eſt. Item quòd ſint præcipua exercitia fidei, quæ alant & confirment fidem. Item quòd is qui diligit proximum, legem impleuit. Item quòd charitas, ſeu officia charitatis multas præclaras habeant promiſſiones corporales. Sic enim ſcriptum eſt Matt. 10. Quicunq; receperit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, Item Matt. 25. Amen dico uobis, quicquid feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Porro inter Chriſtianam et hypocriticã charitatem hoc intereſt, quòd chriſtiana charitas ex animo omnia facit, ſine ulla ſpe aut reſpectu emolumenti. Itaq; in benefaciendo aliud nihil ſpectat, quàm gloriam Dei, & ſalutem proximi. Hypocritica autem charitas diligit quidem proximum, ſed non ex animo, nec uere, nec ſincere, quia omnia beneficia, quæ eiuſq; confert in proximum, præſtat non propter Deum, ut hoc pacto gloria eius illuſtretur, ſed propter emolumentum, aut præmium, ſicut in hypocritis & falſis Chriſtianis apparet.

Nemini

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.

Quasi diceret, non possum omnia charitatis offi
commemorare, ideo paucissimis complectar uni
sa charitatis officia, uidelicet: Diligite uos in-
cem. Hoc cum feceritis, plus feciſtis quàm lex à uo
exigere potuit.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit,

Est insigne præconium, seu ἐπίθετον Cha-
tis.

Ex hoc loco aduersarij sic argumentantur.

Quicquid implet legem, hoc iustificat,
Dilectio implet legem,
Ergo dilectio iustificat.

Minorem probant hoc dicto Pauli: Qui proxi-
um diligit, legem impleuit.

Nos uero ad minorem sic respondebimus, Paulum
hoc loco nõ de uniuersali, sed de particulari imple-
ne legis loqui, hoc est, de secunda tabula Decalo-
, sicut et præcedentia et sequentia uerba testantur.
Ait enim dicit. Nam hoc: Non mœchaberis, non
cides, non furaberis etc. in hoc uerbo comprehen-

ditur, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Est igitur sententia Apostoli: Qui proximum diligit, ab eo lex, quod ad secundam tabulam decalogi pertinet, non potest quicquam amplius exigere. Qui enim proximum diligit, is omnia, imò plura etiam beneficia confert in proximum, quam lex ab eo queat exigere. Nam dilectio regit & moderatur omnes leges, ut merito regina legum dici debeat.

Impletio igitur legis dilectio.

In hoc epiphonemate Apostolus uidetur de uniuersali impletione legis loqui, sentiamus sane hanc esse sententiam Apostoli, quòd scilicet dilectio sit totius legis impletio, tamen non inde sequitur, nos dilectione iustificari coram deo. Obseruanda est igitur phrasis scripturæ. Aliud est enim cũ dicitur dilectio implet legem, aliud cum dicitur, nostra dilectio implet legẽ. Quare hæc propositio uera est, Dilectio est impletio legis, uel plenitudo legis. Nam si quis posset deum ex toto corde, ex tota mente, et omnibus uiribus, & proximum sicut seipsum diligere, is legem impleret, sed quia homo peccato originali corruptus, id præstare nequeat: Ideo Deus filium suum unigenitum misit in mundum, ut ipse pro nobis totam

tam legem implèret, & sua satisfactione nobis à Deo patre Spiritum sanctum impetraret, qui corda nostra fide purificet, & illuminet, quò & ipsi Deum, & proximum perfectè amare possemus, id quod in hac uita inchoamus, ut in futuro seculo perfecta in nobis luceat charitas, cum scilicet ipsum Deum facie ad faciem intuebimur.

DOMINICA QVINta post Epiphaniæ, ad Col. iij.

INduite ergo uos, sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, sicut & Christus donauit nobis, ita & uos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quæ est uinculum perfectionis. Et pax Christi regat corda uestra in quam & uocati estis in uno corpore.

Et grati estote. Verbum Christi habitet inter uos abundanter, in

omni sapientia, docentes & commonentes uosmetipsos, psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, in gratia canentes, in cordibus uestris Domino.

Paulus in hoc capite hortatur Colossenses ad studium bene operandi. Cur autem bona opera facienda sint, iam sæpe dictum est, uidelicet, ut Deus per ista glorificetur, & alij etiam bono nostro exemplo ad timorem Dei, & fidem inuitentur. Sunt præterea multæ aliæ causæ, cur in bonis operibus nos exerceamus, quas longum esset commemorare. Ad textum accedamus.

Induite ergo uos, sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ.

Non simpliciter dicit misericordiã, sed significationibus uerbis utitur, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, Hertzlichs erbarmen. Ex animo affici alterius calamitate, perinde ac nostra ipsorum calamitate solemus affici. His uerbis Paulus discernit Misericordiam Christianam à misericordia philosophica, & hypocritica, quum hodie in pseudochristianis liceat cernere,

mure, qui aut laudis, aut emolumenti sui gratia benefaciunt interdum miseris et egentibus, Was sie thun/ das thun sie nur auff den schein/ es gehet nicht von hertzen.

Benignitatem.

χρηστότης proprie est commoditas morum, ea scilicet uirtus, qua aliorum uitia, incommoda, & infirmitates toleramus, & dissimulamus, & tegimus, qua quidem uirtute si qui præditi sunt, illos εὐχρήστους appellare solemus, Holdselige leute, cum quibus uersari libet, Mit welchen jederman gern zuthun hatt.

Humilitatem animi.

Insignis uirtus est ταπεινοφροσύνη, qua sentimus summisse de nobis ipsis sentire, nec efferri, aut insolescere nostris donis, quantumlibet magnifis, sed intra metas seu limites, ut dicitur, nos continere. Cuius quidem uirtutis exemplum in beata uirgine Maria nobis proponitur, et in multis præterea alijs sanctis, ut in ipso Apostolo Paulo. Miri fit hæc uirtus Christianam amicitiam & concordiam alit & conseruat.

Mansuetudinem.

Est autem mansuetudo proprie illa virtus, qua solemus clementer & placide tractare infirmos in fide, & placabiles nos prabere omnibus tum amicis, tum inimicis, cuius contrarium vicium est, asperitas, seu asperitas morum.

Longanimitatem.

Hæc dictio nec apud Græcos, nec apud Latinos passim reperitur. Quidam idem significare putant patientiam, quod longanimitatem, sed est tenuis aliquod inter utrumq; discrimen. Patientia est illa virtus, qua solemus non solum omnes calamitates & ærumnas divinitus impositas, patienter ferre, sed etiam omnes iniurias æquo tolerare animo.

Longanimitas vero est illa virtus, qua iram reprimimus, nec facile nos provocari ad vindictam sinimus, & affectum in nostra potestate continemus. Quemadmodum Deus est longanimis, qui non facile provocatur ad iram, & vindictam.

Perferentes, seu sustinentes vos invicem.

Hoc est, alter alterius vitia & infirmitates ferat, ac se ad ingenium & mores alterius totum fingat, & accommodet.

Et domi-

donantes uobiſmetipſis.

…ſt, Condonate nobis inuicem offenſiones. …um Chriſtianorum uita nō ab omni parte ſit …lla, ſed multæ adhuc reliquiæ peccati in illis …t propter carnem, ideo multa etiam incom… & offenſiones ſolent accidere, quibus ani… …rum læduntur. Has ſine offenſiones, ſine …tes, Chriſtianis inter ſe dicit ferendas eſſe, …ndandas, ne quod ſcandalum inde exiſtat …ſſa.

Super omnia autem hæc, cha… ritatem habete, quæ eſt uincu… lum perfectionis.

…ſi diceret, Ante omnia curate, ut nos inui… diligatis, quia charitas perfectiſſimum uincu… …ctum eſt amicitiæ & concordiæ Chriſtia… Nam etſi beneficia, & merita homines eti… …ter ſe deuinciant, tamen nulla res arctiori… …inculis eos inter ſe deuincire ſolet, quàm cha…

Et pax Dei regnet in cordibus ueſtris.

Quasi diceret, Pacientes estote in omnibus afflictionibus uestris, quò Deus pacis corda uestra tranquillet, & consoletur, quod fieri non potest, quando impacientia fracti murmuratis, ac fremitis aduersus deum, Haldtet Gotte stille in ewer trübsal / vnnd widerwertigkeit / auff das vnser Herr Got ewer hertzen stille vñ fridsam machen könne.

Pax Dei significat illam pacem seu concordiam, quæ nobis est cum Deo & hominibus, ideo addit Apostolus In quem uocati estis in uno corpore.

Et grati estote.

Grati estote tum erga Deum, tum erga homines, nam gratitudo inter principales uirtutes Christianas numeratur.

Verbum Christi habiteret in uobis abundanter in omni sapientia.

Efficite ut uobis magna sit copia eorum, qui uerbum Dei sincere ac fideliter prædicant.

Docentes & admonentes uosmetipsos psalmis.

Iubet eos sacris cancionibus animos suos excitare ad studium docendi ac discendi uerbum Dei.

Dominus

DOMINICA

sexta post Epiphaniæ, ad Corinth. 9.

SCitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus accipit præmium. Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: Nos autem incorruptibilem. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem uerberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Nolo enim uos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moseh baptizati sunt, in nube & mari. Et omnes eandem

eandem escam spiritualem manducauerunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus, sed non in pluribus eorum bene placitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem figuræ nostri fuerunt, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierũt. Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia. Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerũt, & perierunt ab extinctore.

Paulus

...lus in hac Epistola hortatur Corinthios, & ...illis omnes Christianos, ut ita uitam suam ...ant, quò & gloriam Dei illustrent, & pro... ...eruiant, atq; cogitent eandem conditionem ...rum, quæ solet esse eorum, qui in stadio cur... ...cursu contendunt. Vt enim hi hoc unum ...ciunt in suo cursu, & totis uiribus anni... ...ut metam attingant, & brabeum capiant. ...ssimi in hoc summis uiribus incumbant, ...llen alle ihre gedancken vnnd vleis dahin ...ut ipsi quoq; metam attingant, & brabe... ...ant, hoc est, ut uocationis suæ cursum feli... ...ficiant, & (ut Christus inquit) usq; ad fi... ...fuerent. Non enim satis est præclare ince... ...strenuè currere in pietate, et officia uocati... ...diligenter facere, sed oportet nos pergere, ...ram dare ut metam attinganus. Quod si ue... ...igentes, ac remissi in cursu nostro fuerimus, ...bis accidet, quod olim populo Israël in ...accidisse legimus.

Nescitis quod hi qui in stadio currunt &c.

...ilitudo est sumpta ab his qui cursu conten... ...stadio, & est sententia. Sicut hi qui in sta... ...runt, non sinunt se remorari, aut auocari, aut

aut impediri in suo cursu. Ita & uos operam dare debetis, ac neruos omnes intendere, ut uocationis uestræ cursum fœliciter cœptum, perficiatis. Non enim satis est præclare cœpisse, sed oportet semper proficere, sicut Christus ipse testatur: Qui perseuauerit usq; ad finem, hic saluus erit.

Solet autem cursus Christianorum duabus maxime rebus impediri, aut socordia, aut ὑπερηφανίᾳ, id est, superbia. Vulgus hominum impeditur socordia, Doctores uero Ecclesiæ, ac hîqui insignibus, præter cæteros, donis habent, impediuntur ὑπερηφανίᾳ.

Ego quidem sic curro, nõ quasi in incertum.

Seipsum exemplo proponit Corinthijs, ut ipsum imitentur.

Vocabulo τρέχειν omnia opera decalogi in genere complectitur. Quasi dicat: Ego diligenter ac sedulo omnia officia uocationis meæ facio, nihilq; remitto, atq; huc tota mente, totisq; uiribus incumbo, ut ipsam metam attingam.

Hic locus opponendus est Antinomis, & accurate explicandus, hoc potissimum tempore, cum homines omnia exercitia pietatis prorsus omittant, atq;

incipiunt ἐπιχαρείσαν, καὶ ἀπολαῦσαν, & omni ἀσωτίᾳ uiuere.

Porro hæc uerba: Ne forte dū alijs prædico, ipse reprobus efficiar, diligenter obseruanda sunt omnibus ministris uerbi, ut meminerint se uelut illuminato positos esse, unde omnes exemplum pietatis & honestatis petere debeant.

Nolo aũt uos fratres ignorare quod patres nostri omnes &c.

Allegat nunc exemplum populi Israël, quo probet non satis esse cursum uocationis fœliciter confici, multis & præclaris donis nos præditos esse, sed oportere etiã intentionem, et assiduitatem quandam accedere, ut ipsam metam currendo contingamus. Nam permulti erant in populo Israël, qui bene currebant in pietate, & in quibus erant excellentissima, & præstantissima dona, tum spiritualia, tum corporalia, tamen paucissimi, imò uix unus alter, id est, Iosua & Caleb bracæum consecuti sunt, hoc est, in terram promissionis peruenerunt.

Reliqua in Postilla D. Doctoris Mart.

Dominica

DOMINICA SEXAgesimæ, Epistola Pauli

2. Corinth. 11.

LIbenter enim sufferti insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Contumelioſè dico, quasi nos infirmi simus.

In quo quis audet (per insipentiam dico) audeo & ego: Hæbrei sunt, & ego: Israëlitæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego: Ministri Christi sunt, stulte dico, ego plus sum, in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in carceribus abundatius, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi, ter virgis cæsus, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris.

aris fui. In itineribus sæpe, pe
lis fluminum, periculis latro
, periculis ex genere, periculis
entibus, periculis in ciuitate, pe
is in solitudine, periculis in ma
iculs in falsis fratribus, in la
& ærumna, in uigilijs multis,
me & siti, in ieiunijs multis, in
re & nuditate, præter illa, quæ
secus accidunt, accedit quòd
die obruor, accedit & cura
nnibus Ecclesijs.
uis infirmatur, & ego non infir
quis scandalizatur, & egonō
Si gloriari oportet de eis, quę
itatis meæ sunt, gloriabor.
& pater Domini nostri Iesu
scit, qui est benedictus in se
quòd non mentior. Damasci
itus gentis Aretæ regis no
custodiebat ciuitatem Dama
rum ut me prehenderet, et per
stram in sporta dimissus sum

per murũ, & sic effugi manus eius.

Paulus in hac Epistola reprehendit peruersa Corinthiorum iudicia, quod pseudapostolos tantopere admirentur, & doctrinam ipsorum magni faciant, eò quòd ipsi tam magnifice se gerant, & glorioſe seipsos prædicent. Q. d. Eò nobiscum ſerè peruentum est, ut quo quisq; doctor glorioſius se potest prædicare, ac insolentius gerere, hoc pluris illum faciatis. Quod si omnino gloriandum est, ego quoq; gloriabor, nec falsa aut ficta (ut pseudoapoſtoli) sed uera de meipso prædicabo, idq; non ut meipsum prædicem, aut laudibus efferam, sed ut gloriam Christi illustrem, et inimicos eius pseudoapostolos dedecorem.

Vtitur autem figura rhetorica, id est, præoccupatione. Dicat enim aliquis. Verus Apoſtolus Christi non debet seipsum prædicare. Huic obiectioni prudenter antecurrit, inquiens, ὡς ἄφρων λαλῶ, μὰ ἴνα μικρόν τι κἀγὼ καυχήσωμαι. Q. d. Inuitus facio, ut glorioſe quicq; de me ipſe prædicem, sed cogor tamen id facere, propter ministerium meum, quod magnifacio propter Christum. Priusquam uero incipit de se aliquid prædicare, describit pseudoapostolorum mores & uitia, et dicit.

Sustertis

Sufferitis enim, si quis uos in seruitutem redigit:

Tacite hic pseudoapostolorum doctrinam depin[gunt], videlicet, quod docendo aliud nihil agunt, [quam] conscientijs eorum laqueum iniijciant, vnd [jhnen] grund / das sie sie müssen fürchten vnnd [scheuhen] / & sic taxat eorum tyrannidem, quam [Pontifices] exercent.

Si quis uos deuoret:

Per verbo auaritiam pseudoapostolorum taxat, [quae] auaritia inter præcipua uitia et notas pseudoa[postolorum] numeratur. Q. d. æquo animo pseudoa[postolos] ferre potestis, etiamsi nostras facultates ex[haurant] ob sie euch gleich schinden vnd schaben.

Si quis capit.

Indit quòd pseudoapostoli non sint contenti [modico] stipendio, ut ueri Apostoli, & Ministri [Christi], sed quòd ingentia stipendia postulant, & [eorum] auaritia ipsorum expleri nequeat, sie können [nimmermehr] erfüllet werden / ut testantur exem[pla] Papistarum, & phanaticorum spirituum.

Si quis se extollat, si quis uobis insultet:

Hic taxat eorum κενοδοξίαν, id est, ambitionem. Proprium est enim ambitionis sese efferre, ferocem esse, ac insultare alijs, ut apparet in Hæreticis, aut phanaticis doctoribus. Atq; hoc loco docet Paulus duas præcipuas notas esse pseudoapostolorum, uidelicet, auaritiam & ambitionem, uel κενοδοξίαν, ubi in alterutrum uitium doctor Ecclesiæ inciderit, sincere ac pure Christum prædicare amplius non poterit, so ists mit jhm aus. Extat præclara uox cuiusdam senioris Heremitæ in Vitis patrum: Vt enim non fieri potest, ut simul herba cum semine nascatur, ita impossibile est, ut laudem & gloriam captantes apud homines, fructum cœlestem consequamur.

Si quis uos in faciem cædit.

Ferre potestis ut pseudapostoli in faciem uos cædant, id est, asperis uerbis adoriantur, & acerbis conuitijs in uos inuehantur, tantam importunitatem & asperitatem, imò tyrannidem ipsorum potestis tolerare, sed nostram clementem, & paternam castigationem non item.

In quo quis audet.

Si licet gloriari, possem, ac uellem plura & maiora iactare, quàm pseudoapostoli, Ipsi enim (ut ma-

xime

...glorientur) alia maiora & plura iactare non ...quàm quod sunt Hebræi, Israëlitæ, semen ...minister Christi: Ego uero non in his tan... ...sed in alijs quoq; longe maioribus & ...ioribus possem gloriari.

Quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nõ uror?

...quoq; inter præcipuas partes gloriationis ...merat, quod summa cura Ecclesiarum affi... ...& infirmos in fide fratres amore, ac clemen... ...complectitur. Quibus uerbis Apostolos perstringit pseudoapostolos, quòd nec ecclesiarum cura afficiuntur, nec infirmos in fide ...iunt, neq; eos, ut conuenit, mansuete ac cle... ...tractant.

Veniam enim ad uisiones.

...les fuerunt uisiones ac reuelationes, non ..., ideo scrutari eas non debemus. Haud du... ...hæ uisiones, ac reuelationes aspectus, seu ...us quidam fuit uitæ æternæ.

Et ne magnitudo reuelatio-
num me extollat.

Obserua hic quod tantus Apostolus, ac doctor gentium, tantisq; dotibus præditus, et probè humiliatus, discipulus tamen cogitur fieri, ac illud discere, sibi expedire ut non uulgaris, sed insignis quædam afflictio, quam hic palum σκόλοψ appellat, ei imponatur, Es heist grosse heiligen/ mûssen grosse kreutz tragen. Quod si tantos homines afflictionibus exerceri necesse est, quanto magis feroces ac securos homines tentari & affligi oportebit.

Ceterum qualis hæc tentatio fuerit, quam σκόλοψ uocat, non declarat. Errant qui dicunt fuisse tentationem libidinis. Quidam arbitrantur fuisse tristitiam quandam spiritualem, seu illam tentationem, quasi desertus esset à Deo, qualiscunq; tandem fuerit, certe acerbissima fuit tentatio. Ego autem existimo Apostolum σκόλοπα, id est, palum uocare, non unam aliquam, sed omnes suas tentationes in genere, quæ multæ & uariæ erant, hæ scilicet tentationes haud minorem cruciatum animo afferunt, quàm palus corpori afferre solet. Quanto enim tenerior est animus corpore, tanto acerbiores sunt dolores animi quàm corporis.

Dominica

DOMINICA QVIN
quageſimæ, prima Corin. xiij

Si linguis hominum loquar, & an
gelorum, charitatem autem non
habeam, factus ſum æs ſonans, aut
cymbalum tinniens. Et ſi habuero
prophetiam, & nouero myſteria
omnia, & omnem ſcientiam, & ſi ha
buero omnem fidem, ita ut montes
transferam, charitatem autem non
habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribue
ro in cibos pauperum omnes facul
tates meas, & ſi tradidero corpus
meum, ita ut ardeam, charitatem au
tem non habuero, nihil mihi prodeſt.
Charitas patiens eſt, benigna eſt,
charitas non æmulatur, non agit ne
quiter, non inflatur, non eſt immo
desta, non quærit quæ ſua ſunt, non
irritatur, non cogitat malum, non
gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet
autem veritati. Omnia ſuffert, om

nia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, sive prophetiæ euacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, cogitabam ut paruulus: Quando autem factus sum uir, abolita sunt quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas. Maior autem inter hæc est charitas.

Permulta clarissima dona Spiritus sancti erant in Corinthiorum Ecclesia, quæ Paulus priore capite commemorat, his elati Corinth. superbire cœperant, persuasi satis esse ad pietatem, si quis modo egregie

egregie præter cæteros his præclarißimis donis ...eret, hæc ſcilicet perſuaſione tumentes, omnia ...ia charitatis obmittebant, donec tandem ipſa ... fide excidere inciperent. Hoc ſentiens Apo... conatur eos in uiam reuocare, & hortatur ...mminuerint non ſatis eſſe ad pietatem, quod tot, ... tam præclaris dotibus Spiritus ſancti præditi ... alii officia charitatis diligẽter exercerent. Cha... ...m facit, ut illa omnia præclarißima dona ... ſum, & utilitatem proximi transferantur, ſa... ...tus ut fides in nobis creſcat & uigeat.

Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam.

Hypothetica, ſeu conditionalis eſt propoſitio. Q. d. Etiamſi ſumma in me uis dicendi eſſet, qua non ſolum homines, ſed ipſos etiam angelos ſuperet ... & uacuus eſſem dilectione, tamen nullus mei ... foret, & ſubijcit aptißimam ſimilitudinem, ... iens.

Factus ſum æs ſonans, aut cymbalum tinniens.

Sicut enim æs uel cymbalum quantumuis præ... tinniens, non poteſt quicquam docere homi-

nes, eò quòd uerba facere nequeat, & simul mente, & uoce humana careat. Ita hi qui summa linguarum peritia & facundia præditi sunt, & non student hoc donum transferre ad utilitatem proximi, nihil prosunt, sic studium unq.

Et si habuero prophetiam, & nouero mysteria omnia, & omnem scientiam.

Prophetia utrumq; significat, & reuelationes de rebus futuris, & interpretationem Sacræ scripturæ. Mysteria uocat omnes illas abstrusas sententias scripturæ, quas non omnibus datum est intelligere. γνῶσις, id est scientia, est non solum peritia scripturæ, sed etiam illa prudentia, qua possumus omnia dogmata dijudicare, & tam firmis, quàm infirmis Christianis consulere.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Ex hoc loco aduersarij argumentantur, quòd non sola fides iustificet, sed etiam Charitas, seu fides formata charitate. Sed est simplex responsio & solutio.

Apostolus hoc loco non loquitur de fide iustificante sed de fide miraculosa, quae cadere potest etiam in impios. Non ut cetera dona spiritualia, sed unam fidem miraculosam impij interdum habere possunt, ut significant exempla Bileam, Saulis, Iudae proditoris, Caiphae & similium. Fidem uero iustificantem nemo, nisi pius habere potest.

ALIA SOLVTIO.

Aut loquitur de uera seu iustificante fide, quam ipsa propter securitatē, uel superbiā amittimus.
Aut ponit conditionalem impossibilem.

ARGVMENTVM.

Fides sine charitate nihil est,
Ergo non sola fides iustificat, sed formata charitate.

Est aequiuocatio in antecedente, significat enim Apostolus fides in antecedente non fidem iustificantem, sed fidem, uel historicam, uel miraculosam, uel hypocrisim fidei.

Et si distribuero omnes facultates meas &c.

His uerbis complectitur omnia summa officia et opera, quae ab homine possunt praestari. Sed tamen haec omnia dicit nullius esse momenti, ac nihil prodesse,

esse, si non ad utilitatem proximi conuertantur, sed tantum ad ostentationem & captandam gloriam fiant. Nam & gentes multa præclarissima facinora præstiterunt, ut Quintus Curcius ciuis Romanus nobilissimus. Item duo illi Decij, qui deuouerunt se manibus. Sed quia sine charitate hæc præstantissima opera fecerunt, saltem ut laudem & gloriam acquirerent, ideo ut inutilia reprobanda sunt. Recte igitur Apostolus addit: Nihil sum.

Charitas patiens est, benigna est &c.

Nunc ὑμνῳδίαν charitatis instituit. Reliqua huius loci sunt facilia.

Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.

Q. d. Ista omnia, uidelicet, nostra cognitio, & prophetia sunt imperfecta, quod ad ipsum effectum seu causam finalem pertinet.

Nunc autem manet fides, spes, charitas. Maior autem inter hęc est charitas.

Hic oritur magna disputatio utrum fides, an Charitas sit præstantior, cum Apostolus hic diserte dicit:

dixit: Maior autem horum est charitas. Sic enim aduersarij ratiocinantur,

Maxima uirtus iustificat,
Charitas est maxima uirtus,
Ergo charitas iustificat.

ITEM.

Charitas maior est fide,
Ergo charitas magis quàm fides iustificat.

Respondendum est ad antecedens
Quòd charitas maior est fide, non quod ad essentiam uirtutem, sed quod ad diuturnitatem pertinet. Nam ut in futuro seculo charitas erit perfecta, ita erit & perpetua.

DOMINICA INVOcauit, ij. Corinth. vi.

Adiuuantes autem adhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis, ait enim. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Ecce enim tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Neminem dantes ullam offensionem, ut non uitupe-

uituperetur ministerium nostrum: Sed in omnibus exhibeamus nos metipsos, sicut Dei ministros.

In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei; per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris; per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam quasi seductores, & tamen ueraces: quasi ignoti, & tamen noti, quasi morientes, & ecce uiuimus: Vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

…sunt loci huius Epistolæ. In priore Apostu…
…tur Corin. ut videant ne frustra illis da…
…Euangelij luceat, quam postea amissam,
…quirant. In posteriori loco docet quomo…
…is sue seu vite Christiane documenta e…
…depingit fortunam Christianorum. Hos
…tractabimus.

…iuuantes aũt adhortamur,
… in uacuum gratiam Dei re…
…piatis.

…um seu frustra gratiam Dei accipere, est
…gratie, uel Euangelium cum summo qui…
…dio, & summa uoluptate animi amplecti.
…rim non dare operam, ut hoc ipsum ver…
…d præclare intelligimus, & perdidicis…
…videmur, in nobis fructus ferat, quibus
…is Dei illustretur, & Ecclesia ædificetur,
…ebsaturamur Euangelio, satisq; esse di…
…si modo præclare de eo possimus loqui, &
…d. Cæterum de emendanda vita, & decla…
…de bonis operibus, nulla cura afficimur.
…amplectuntur Euangelium, bi sunt illud se…
…d cadit in petram, & statim exorto sole,
…cit, nec fert fructum, eò quòd non solidas &
…t radices, Sic illi aut tempore persecutio…
nis de…

nis deficiunt ab Euangelio, aut per negligentiam, & socordiam Euangelij locum amittunt.

Tempus acceptum, dies salutis, est tempus vnctionis Euangelij. Hoc tempus iubet nos Spiritus S. summo studio & vigilantia obseruare, ne aut illud negligamus, aut frustra oblatam gratiam Dei accipiamus. Nam eo tempore cœlum aperitur, nobis Deus nobiscum, et nos vobiscum cum Deo loquimur, & nobis inde tum omnis generis cœlestia dona effundit: tum præcipuè spiritum gratiæ & precum largitur. Zach. 12. Tum enim Deus suum nobis effert gratiam, misericordiam, & benignitatem, & paratus est ad nos exaudiendum, iuuandum, saluandum, & non solum spiritualibus, sed etiam corporalibus donis cumulandum, & ornandum. Qui autem hoc tempus gratiæ, & hunc diem salutis neglexerit, is posteà sero, & frustra clamabit ad Dominum, frustra implorabit opem eius, Deus enim tum amplius non exaudiet. Sed ita per Prophetam Esaiam respondebit, Esai. 1. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non audiam.

Hæc testantur exempla Iudæorum, Græcorum, Romanorum. Iudæi iam M. D. XLVI. annis per totum terrarum orbem dissipati, opem diuinam

...petierunt, sed non sunt exauditi, Deus e...
...les & aures suas à precibus eorum, auer...
...ne unquam in posterum eos exaudiet, quia ne...
...runt tempus acceptum, & diem salutis. Gre...
...cordibus Pauli & discipulorum eius, ingen...
...rem Euangelij habebant, sed quia hanc lucem
...tum acceptum neglexerant, ideo postea
...os & Mahometistas audire coacti sunt. Ro...
...nibus preclarissimos doctores & pastores
...t, hos quia ferre non poterant, & Euange...
...itus delere conabantur, coacti sunt postea
...Antichristum loco Christi recipere, & ado...
...q; merito, quia tempus acceptum, & diem
...neglexerant. Timendum est igitur, ne idem
...Germaniæ, quæ cum tot iam annos clarissi...
...rem Euangelij habuerit, attamen nulla si...
...io gratitudinis erga Deum in ea cõspicitur.

...emini dantes ullam offensio...
...m, ut non uituperetur mini...
...rium nostrum.

...a & potissima significatio neglectæ, seu
...ceptæ gratiæ est impœnitentia, βίος ἀσω...
...ἀφιλόσοφος. Nam ea non solum Gen...
...angelio deterremus, sed etiam pias mentes

offendimus, & Spiritum sanctum contristamus, quò fit, ut ministerium uerbi male audiat, & nomen Dei afficiatur contumelia.

In omnibus rebus nos declarantes ut ministros Dei.

Primum hic iubet ipsos doctores ita & doctrina & uita prælucere alijs, ut omnes, tam pij quàm impij intelligant eos esse ministros Dei. Et simul hortatur eosdem, ne quod scandalum in Ecclesia, impia doctrina, aut flagitiosis moribus excitent: Nullum enim perniciosius est scandalum, quàm quod ministri uerbi excitant.

Deinde omnes in genere pios admonet, ut ita sibi tam suam instituant, ut in omnibus uitæ ipsorum actionibus insignis quædam confessio fidei luceat, ut homines eorum bona opera uideant, & glorificent patrem, qui in cœlis est.

In multa pacientia.

Nunc docet quibus rebus tum doctores, tum auditores Euangelij sese declarent ut Dei ministros.

Pacientia est illa uirtus, qua non solum iniurias proximi æquo animo ferimus, sed etiam crucem à Deo nobis impositam tranquillo animo tolerantes.

In tri-

ribulationibus.

, id est, tribulationes, sunt omnis ge-
ones.

nangustijs.

ae sunt angores animi seu tristitiæ spi
homines imperiti certaminum spiri-
possunt intelligere.

seditionibus.

od Christiani sint auctores seditionum,
, & mundus, qui puram doctrinam
, & confessionem fidei ferre non possunt.
unt seditionum, sicut testatur Psalm. 2.
uerunt gentes, & populi meditati sunt
qua huius epistolæ sunt facilia, nec opus
rpretatione.

uerbo ueritatis.

ueritatis uocat puram doctrinam E-

MINICA REMI-
re, prima Thessal. iiij.

rum fratres rogamus uos &
hortamur in Domino Iesu,

ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, & abundetis magis. Scitis enim, quæ præcepta dederim uobis per Dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestri, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes, quæ ignorant Deum.

Etne quis supergrediatur, nec circumueniat in negocio fratrem suum, quoniam uindex est Dominus de his omnibus, sicut prædixímus uobis, & testificati sumus. Non enim uocauit uos deus ad immunditiam, sed ad sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in uos.

Hæc

...ia est moralis, quia Apostolus hor... ...ad studium bene operandi. Est au... ...locus ipsius epistolæ, quod Deus ideo ... & sanctificauit, ut quod reliquum ... bonis operibus nostris, & sanctita... ...mus, & non solum doctrina, sed eti... ...lo impios ad ueram notitiam Dei, ... fiduciam Dei inuitemus. In hoc ...mus conditi, iustificati, & sanctifica... ...tem hæc Epistola per se facilis & pla... ...ier eam explicabimus.

...d reliquum est fratres, ro... ...us uos.

...betis iam omnia quæcunq; ad iustifica... ...nctificationem pertinent. Reliquum ... illa nouitate uitæ proficiatis, & cre... ...ddit: Vt abundetis magis. Hoc enim ... requirit, ut iustificationis & sanctifi... ...a significationem illustrem declaretis, ...us inquit Matt. 5.) Luceat lux ue... ...minibus &c.

...autem causam Apostolus, quare iusti... ...ctificati simus à Deo, uidelicet, ut De... ...mus, & pristinam illam imaginem ... lapsu primi hominis contaminata, &

deformata est, recuperemus ac renouemur. Homo enim à Deo conditus est, ut sapientiam, iusticiam, potentiam, & bonitatem Dei annunciet, & illustret, ut omnia opera & miracula Dei predicet, & notitiam eius longe lateq; propaget. Deus enim per homines, & in hominibus uult innotescere.

Hęc est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestri.

Hic locus hoc tempore diligenter, & accurate explicandus est ad eximendam hominibus hanc pernitiosam, & impiam opinionem, quod satis esse dicunt, si modo notitiam historiæ de Christo teneant, si uerbum Dei audire, & sacramentis uti soleant. Interim utrum uitam emendent, ac pœnitentiam agant, nec ne, prorsus nihil referre existimant, nec sentiunt Diabolum id agere, ut hoc pacto eos in interitum rapiat, ut simul & fidem & Spiritum sanctum amittant. Impossibile enim est ut fidem, & Spiritum sanctum retineamus, sine assiduis exercitijs fidei, hoc est, sine bonis operibus, quæ sunt certissima signa & fructus fidei. Ita enim se habent acta Christiana, ut militia, ubi si paulum modo milites remissi, ac negligentes fuerint, in summum discrimẽ adducuntur. Ita Christiani nisi semper uigilent, & in

…es occasiones, quas captat Diabolus, &
…ad eos affectat, intenti sint, facile & su
…rtuntur, ut testantur exempla Dauidis, Sa
…, & similium.

…a uero locus ipse admonet, aliquid de discri
…ficationis, & sanctificationis dicemus.

Quid est iustificatio?

…ficatio est, cum Deus iustos nos reputat per
…rdiam propter Christum.

…duæ sunt species, Remissio peccatorum,
…natio uel dissimulatio uitiorum, & la-

…sa efficiens iustificationis est misericordia
…fides in Christum.

…rium iustificationis est, quod Deus sine ul-
…merito, sola fide in Christum per miseri-
…nos in gratiam recipit, & cohæredes Chri
…it.

…male iustificationis est audire uerbum Dei,
…mentis, petere absolutionem à fratre.

…rum hoc differt iustificatio, qua coram Deo
…ur ab ea iustitia, qua coram mundo iusti
…ur. Quod Deus hanc iustitiam, qua coram
…sumus, ornat cœlestibus præmijs, & uita
…, illam uero alteram ornat tantum corpo-
…præmijs in hac uita.

Finalis alit causa iustificationis est vitæ æternæ.

Quid est sanctificatio?

Sanctificatio est, cum Deus sanctos nos reddit, dato Spiritu S. in cordibus nostris.

Cuius duæ sunt species. Primum interni illi motus cordis. Deinde externa bona opera.

Porro hos nouos motus cordis, & hec bona opera inchoat, & efficit in nobis Spiritus sanctus per uerbum.

Proprium est autem sanctificationis ardere in more ac dilectione Dei, omnia bona à Deo sperare, ac petere, bene operari, pacienter ferre crucem, mortem contemnere, & omnia uitæ pericula propter Christum excelso excipere animo.

Cæterum modus seu forma, qua Spiritus sanctus nos sanctificat, est uerbum Dei, sacramenta, fides, ut testatur Apostolus Petrus, Actor. 15. Fide purificans corda eorum.

Inter iustificationem & sanctificationem hoc interest, quod inter fidem, & spem.

Finalis causa sanctificationis est, perfecta obedientia erga Deum.

Abstinete, uel continete uos à fornicatione.

Deus

...itia hic notat, fornicationem, & defrau...
... Nam bis potißimum uitijs Græcia labo...
...emadmodum quelibet regio peculiare
... habet uicium, quo male audit, & infa...
... admonet igitur Theſſalonicenſes, ut hos
... quibus Græcia laborat, fugiant, ac me...
... eſſe templa Spiritus ſancti, ut inquit. 1.
... 6. Ideo addit.

...t ſciat unuſquiſq; ueſtrum ... ſuum cuſtodire.

... hic ponit, quibus corpora noſtra conſer...
... ut maneant templa dei, uidelicet, ſanctifica...
... & honorem. Sanctificationem uocat pri...
... ſeruos illos cultus Dei, id eſt, timorem & fi...
... Dei, deinde ſanctum uitæ conuerſationem.
... corpori noſtro tribuimus, cum omnib...
... libidinibus & alijs flagitijs illud pollu...
... cum tuemur ualetudinem, ut poßimus Deo
... in ordine Eccleſiaſtico, politico, & œco...

... autem obſeruandum eſt, quod ſcriptura
... corpora piorum naſa ſeu organa, duabus
... de. Primum quod ſint templa Spiritus ſan...
... Corinthiorum 6. Deinde quod Deus per
... ſt noſtra, uelut organa quædam operatur

res magnas, utiles, & necessarias in Ecclesia, Politia, & Oeconomia.

DOMINICA OCV.

i, ad Ephesios cap. quinto

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immundicia, aut auaritia, nec nominetur inter uos, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, qui est idolorum cultor, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis,

Propter hæc enim uenit ira Dei
filios diffidentiæ. Nolite ergo ef-
ci participes eorum, eratis enim
quando tenebræ, nunc autem
in Domino.

Vt filij lucis ambulate. Fructus
lucis est in omni bonitate, &
ticia, & ueritate.

Hæc quoq; Epistola adhortatio est ad bonos mo
& bona opera. Argumentatur autem pri-
à causa finali, deinde à similitudine.

A causa finali.

Vos estis filij Dei & filij lucis, quos Deus & in
nita multis insignibus donis spiritualibus orna-
& in futuro seculo cœlestibus præmijs donabit,
eterna. Ergo uitam dignam filijs Dei agere
is, neq; his sceleribus, uos polluere, quibus
se contaminant, eò quòd longe maiorem
illustriorem notitiam Dei habetis. Itaq; multo
grauius peccabitis Deumq; offendetis, hæc
& scelera committentes, quæ Gentes desi-
re solent.

Alterum

Alterum argumentum est à similitudine.

Filius contumelia patrem afficiens, multò grauius peccat, quàm si alienus id faceret.

Vos estis filij Dei,

Ergo longe grauius peccaueritis quàm gentes, si fornicatione, immundicia etc. uos polueritis. Hæc firmißima argumenta his paucißimis uerbis Apostolus comprehendit.

Estote ergo imitatores Dei sicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione.

Quasi diceret, filios conuenit imitari patrem.

Vos estis filij Dei,

Ergo uos conuenit Deum imitari.

Ostendit autem quomodo Deum imitentur, uidelicet, cum ambulauerint in charitate. Diserte autem dicit, καθὼς καὶ ὁ χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. *Quibus uerbis distinguit charitatem Christianorum à charitate Gentium, quæ etiam se mutuo diligunt, sed illorũ dilectio multis prauis cupiditatibus depraua ta est, non sit (ut uulgo loquuntur) amore amicitiæ, sed amore concupiscentiæ. Christiana uero charitas pura & incontaminata esse debet, et carere hypocrisi, sicut Christus nos dilexit.*

Fornicatio

Fornicatio autem & omnis im
mundicia, aut auaritia nec no
minetur inter uos.

…sunt causæ cur Apostolus peccatum fornicationis, & tam graviter in Epistolis suis pas…hendat. Primum, quòd nullum ferè sce…, in quod homines facilius, ac sæpius solent …re, sicut testatur & Poeta Comicus: Vt est in…m omnium hominum à labore proclivè ad li…. Hinc est quòd multos videmus, qui cum à …is ijs se invictos præstiterunt, ad extremum …victi sunt, ut testantur historiæ, tum sacræ …phanæ, ut exemplum Davidis, Samsonis. …exemplum Alexandri Magni. Recte igitur …praclare dicit Aristoteles, χαλεπώτερον …ῆς ἡδονῆς, ἢ ὀργῆς. Difficilius est repu…re voluptati, quàm iracundiæ. Altera causa …od Deus post Idolatriam, nullum scelus gra…vavit, quàm libidines & fornicationis, ut si…mant exempla diluvij, conflagrationes Sodo…æ & Gomorræ. Item exemplum illud Num. 25. …ginti quatuor millia hominũ propter stupra …fuisse legimus. Item Iudic. cap. 20. tota ferè tri…bus Beniamin deleta est propter violatam Sacerdo…is uxorem. Similiter ex historijs Gentium permul…ta exem-

ta exempla commemorari possunt. Athenis duo Pisistrati filij Diocles et Hippias propter fornicationem occisi sunt, Diocles, quia uirginem quandam stuprauerat, ab eius fratre ipse postea interfectus est. Hippias uero, quia fratris necem ulciscebatur, primum regno pulsus est in exilium, deinde et ipse in bello Persico occisus est. Romæ reges expulsi sunt propter nefandas libidines. Hæc & similia exempla tum è sacris, tum profanis historijs colligenda, & uulgo, maximeq; iuuentuti proponenda & inculcanda sunt, ut discant timere Deum, & libidines ut pestilentissimam pestem fugere.

Et turpitudo, et stultiloquium, & scurrilitas.

αἰσχρότης est turpitudo in dictis & factis, μυθολογίαι proprie sunt aniles illæ fabulæ, quæ nulla nec eruditione, nec sapientia sunt conditæ.

εὐτραπελίαι utrũq; significat, & facetias & scurrilitates. Apostolus scurrilitates omnino prohibet, facetias autem non item, si in tempore & moderate adhibeantur discutiendi mœroris gratia.

Hoc enim scitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus &c.

Apostolus

Apostolus de his fornicatoribus & immundis
tur, qui non agunt pœnitentiam, sed qui per
his sceleribus, & abutuntur doctrina Euan
libertate Christiana, ut eò liberius, ac li
peccent, ut faciunt hodie nostri Antinomi.
apponunt Antinomi exemplum Dauidis,
argumentantur.

Syllogismus expositorius.

Dauid est saluatus,
Dauid fuit adulter,
Ergo adulteri saluantur.

ne allegant hoc dictum: Christus in hunc mun
uenit peccatores saluos facere.
inor neganda est, quia ἀμφιβολία est in uo
lo Dauidis, quod in maiore significat eum Da
, qui egit pœnitentiam, in minore autem il
Dauidem qui lapsus in adulterium, amisit fi
, & Spiritum sanctum.
hoc loco admonendi sunt auditores, quod Chri
qui iam sunt sanctificati, non cadunt in hæc
ra & flagitia, & licet nonnunquam præoccu
à carne & Diabolo, in ea inciderint, tamen
inde emergunt, & serio ardentiq; pectore a
pœnitentiam, et summis uiribus annituntur,
hac unquam in eadem scelera relabantur, ob
eamq;

eamq; causam diligenter se muniunt uerbo Dei, & precibus, quo minus tentationibus carnis & Diabo li succumbant, ut testatur exemplum Dauidis.

Nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propter hæc enim uenit ira Dei in filios &c.

uidam illorum tentauerunt, &
pentibus extincti sunt. Neq;
murctis, sicut & quidam illo-
murmuraueruns, & interem-
nt ab extinctore. Hæc autem
la figuræ contigerunt illis: scri
uero sunt propter admonitio-
nostri, in quos termini ætatum
derunt. Proinde qui sibi uide-
are, uideatne cadat. Tentatio
non cepit, nisi humana. Sed fi-
est Deus, qui non sinet uos ten
supra id quod potestis; imò fa-
cie

ciet unà cum tentatione euentum, quo possitis sufferre.

Principalis propositio huius epistolæ est: Qui sibi stare videtur, videat ne cadat. Quibus verbis Apostolus hoc admonere videtur Corinthios, ne sa tis esse ducant, quòd iam cœperunt in Christum cre dere, quòd utuntur sacramentis, quòd magnos fe cerint progressus in pietate, magnisq; donis spiri tualibus sint prediti, sed ut sedulò perseverent, quoq; est magna constantia atq; vigilantia opus esse. Hoc iam probat exemplo Israëlitarum, qui cùm es rant populus Dei, & haberent eadem sacramenta quæ nos, eandemq; quam nos fidem in Christum adhæc multo plura & maiora dona quàm nos ha bebant, tamen ex tanta eorum multitudine, [illegible] licet ex sexcentis millibus virorum, sex modò atq; alteri ille est, Iosue et Caleb, manserunt superstites, extincta clade populi.

Sed quæ fuit causa, cur extiti homines, tot & tam præstantes viri perierint in solitudine? Quo modo peccauerunt in eo, quæ fuerant, fide, [illegible] postea in grauissima peccata. [illegible] ex duplici causa. Primò [illegible] Tertiò formati sunt. Quo [illegible] tentatio-

unt Christum. Quinto murmurauerunt Dominum.

CCOMMODATIO AD nostra tempora.

inde nostri hodie faciunt homines, qui postquam sacram cognitionem Christi perceperunt, fastidiunt, quòd credere cœperunt, quòd audiunt sæpe conciones, quòd utuntur sacramentis, quòd possunt sacram scripturam intelligere, loqui de ea loqui, quòd possunt Romanum regnum cum suis cardinalibus et quicquid continetur, tum cum se omni periculo defunctos esse putant, securi, remissi, negligentes in eo esse cœperunt. Hæc securitas parit in contemptum, aut tædium verbi. Ex hoc sine tædio, sine tædio verbi, postea oriuntur omnia peccata, in quibus iam versantur homines, auaritia, auaritia, luxuria, ambitio, ἀκρασία, immunditia, ira, odium, inuidia etc. Et idem, quod Israëlitis illis accidit, ut multis diebus vix unus alter reperiretur, qui in cœlum aspiraret. Quare non satis est nos simpliciter doctrinam Euangelij, ac cum ipso in Christo [illegible] sed oportet etiam acrem quendam et seri[illegible] et sollicitudinem accedere, ne securi

dus

aut reuelli adeptum thesaurum amittatur: alibi enim negligentiam & follicitudinem Christus nos hortatur, Luc. 14. eumque vult: Quis enim ex vobis volens turrim ædificare &c. Item Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum &c.

Nolo autem vos ignorare fratres

Q. d. Patres nostri habuerunt eadem sacramenta, quæ nos, videlicet baptismum & communionem, intelligo, quod attinet ad ipsam essentiam sacramentalem seu formalem rationem sacramentorum: imperfectum erat ipsorum baptismus, professionem expectat, quæ non ipsis erat concessa &c. Nam manna illa erat figura [illegible] nis tunc corporalis, quòd Deus [illegible] illis daturus erat, tum spiritualis, quòd [illegible] nutriturus & refecturus erat ex sua [illegible] ministerio Prophetarum.

Hoc loco historiæ recitandæ sunt ex libris [illegible]

Hæc autem omnia in figura contingebant illis &c.

Q. d. Non existimemus hæc omnia [illegible] historiæ, sed ideo indicta hæc omnia scribi, [illegible] suo exemplo doceant & admoneant, ne [illegible] ri, aut temptemus, aut ipsi murmurantes de nostra [illegible]

diamur, sed ut semper simus experrecti et
& in omnes occasiones intenti, quo minus
cadamus. Nondum enim omnino caro no-
tificata est, nec extinctus est diabolus, qui
nunc sevit, quàm unquam sæviit, pro-
quòd iam sentit se modicum adhuc tempus
Apocalyp. 12. Ideo Apostolus studio
subjicit.

quos termini ætatum inci-
runt.

diamus in hæc extrema tempora, in qui-
nam & acerrimam suam sævitiam exer-
bolus.

qui sibi videtur stare, vi-
at ne cadat.

clusio est argumenti, quod sic potest redigi
gismum:

Omnes securi facile amittunt fidem, & la-
buntur,
Populus Israël erat securus,
Ergo facile lapsus est.

in Enthymema sic: Si populus Israël, qui
præclarè steterat in fide, tam fœdè lapsus
tanto facilius nos cadamus?

Tentatio uos non apprehendit, nisi humana.

Tentationem humanam uocat omnem tentationem, qua præoccupatus homo in aliquod delictum potest cadere, quam ideo uocat tentationem humanam, quòd proprium sit hominis errare, labi, fallí, delinquere, sicut testatur locus ille ad Galat. 6. ἐὰν καὶ προλημφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι. Ceteras uerò tentationes quibus homo ad præsumptionem & ambitionem diuinitatis, ad abnegationem aut persecutionem Christi, uel etiam ad impugnationem ueritatis agnitæ impellitur, non sunt humanæ, sed diabolicæ tentationes. Hæc tentationes propriè sunt diaboli, non carnis.

Fidelis autem Deus, qui non sinit uos tentari supra id quod potestis.

Verba hæc perspicua sunt, nec opus habent declaratione.

Dominica

DOMINICA
decima post Trinitatis,
1. Corinth. 12.

De spiritualibus, fratres, nolo
uos ignorare. Scitis quòd gen
tiles estis, & ad simulacra muta ut
cumque ducebamini sequentes. Qua
propter notum uobis facio, quod
nemo per spiritum Dei loquens, di
cit anathema Iesum. Et nemo po
test dicere Dominum Iesum, nisi
in spiritum sanctum. Diuisiones
uero donorum sunt, sed idem spiri
tus: & diuisiones ministrationum sunt,
idem Dominus: & diuisiones ope
rationum sunt, sed idem est Deus
qui operatur omnia in omnibus. Vni
cuique uero datur manifestatio spiri
tus ad id quod expedit. Nam huic
quidem per spiritum datur sermo sapi
entiæ, alij uero sermo scientiæ secun
dum eundem spiritum, alij uero fides

per eundem spiritum, alij uero do-
[illegible] per eundem spiri-
[illegible] uero efficaciæ potentia-
[illegible] uero prophetia, alij uero
[illegible] spirituum, alij uero ge-
[illegible] linguarum, alij uero interpre-
tatio linguarum. Sed omnia hæc o-
perat unus ille & idem spiritus, diui-
dens peculiariter unicuique sicut vult.

[illegible] in hac epistola [illegible]
[illegible] esse in Ecclesia, eas donari a
[illegible] Ecclesiæ, alia alijs, prout
[illegible] ædificationem corporis Chri-
sti. [illegible]. Quare hæc doctrina pri-
[illegible] pertinet: ut qui intelligant
[illegible] esse, illud ad alia
[illegible] eandem excidam conferat, non ut de
[illegible] iudicent, aut insolescant, sicut phanati
ci [illegible] solent, sed meminerint hoc illud tan
tum esse, quod Dominus pulchre olim cum seruo
ri, Luc. 19. Matth. 25. [illegible] ad auditores quæ
hoc doctrinæ pertinet, ut discant magnificare &
reuereri hæc dona spiritualia in doctoribus Eccle-
siæ, neque temere de illis iudicent, ac solent non alij
cum-

...diſſe Deum, ſed alteri quidem hoc, alteri ...um donatum eſſe, ut ita ſe inuicem, quod ...operatus in ædificanda Eccleſia inter ſe tra... Atq; hæc eſt ferè ſumma huius capitis. Nunc ...percurramus.

De ſpiritualibus aũt fratres etc.

...ſquam ad propoſitionem uenit, præmittit ...lam præfationem, qua Corinthios captiuita... ...e admonet, qua olim mutis idolis cogebantur ...re, et ſimul ſtudet acuere in illis amorem Euan..., & ſollicitudinem, ne rurſus in priſtinam ...itatem relabantur &c. quod quidem euen... ...eſſet, ſi tantum ex donorum magnitudine, ...ex ſano uerbo Dei, de doctoribus iudicauerint. ...de induſtria iſta præmittit.

Ideo notum uobis facio, quod nullus per ſpiritum dei loquẽs dicit anathema Ieſum.

...ullus doctor Eccleſiæ, qui Chriſtum uerè ac ſin... ...r edicat (hoc enim eſt loqui in ſpiritu ſancto) ...e Chriſtum anathema, id eſt, contumelia Chri... ...fficit. Nam græca uox ἀνάθεμα ſignificat ...ſolum oblationem, ſed etiam execrationem, ...illud uerbum ἀναθεματίζω, deteſtor.

Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi per spiritum sanctum.

Repetitio est prioris sententiæ, per conuersionem.

Agitari solet hoc loco quæstio, utrum impij doctores in spiritu sancto loquantur, cum Christum uocent Dominum, item, utrum omnes, qui Christum uocant Dominum, sint ueri ac sinceri doctores, præsertim cum Paulus hic clarè dicat: Nemo potest &c. Respondeo: Tota ἔμφασις sita est in definitione istorum uerborum: Dicere Christum dominum. Nam utriq; & impij et pij doctores dicunt Christum esse Dominum, imò & ipsi diaboli Christum Dominum clamant & agnoscunt, Matt. 7. & Actor. 19. Sed hoc interest inter utramq; confessionem & prædicationem, quòd dæmones & eorum apostoli, id est, impij doctores, Christum prædicant & fatentur Dominum, sed non uerè; quia hac ipsa siue confessione, siue prædicatione, Christum quam maximè contumelia afficiunt, atq; abolere conantur. Diabolus enim non sub nomine diaboli, sed sub nomine Christi homines seducit ac pervertit, sicut testatur Christus, Mat. 24. Ecce hic Christus, ecce illic etc. Econtra uerò pij ac sinceri doc-

tores,

...ſum uerè ac ſincerè uocant Dominum, hoc
...ntur nomine Chriſti, ad illuſtrandam eius
..., & propagandum Euangelium, et in hoc
...ſtribus incumbiunt, ut homines ſaluentur.

...niſiones uero donorum ſunt.

...ria ſunt dona ſpiritus ſancti, ſed idem eſt ſpi-
...uaria item ſunt miniſteria Eccleſiaſtica, ſed
... Deus. Hinc illud probat ...ult Corinthijs, ſpi-
... S. perinde loqui per eos, qui minora dona
..., atq; per illos, qui habent præſtantiora.

Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus &c.

...anifeſtationem ſpiritus uocat, manifeſta do-
...piritus ſancti in Eccleſia. Eſtq; ſententia: Vni-
...q; doctori eccleſiaſtico ſuum peculiare donum tri-
...tur, ad utilitatem ac ædificationem Eccleſiæ.
... diſertè dicit ad id quod expedit.

Alij quidem per ſpiritum da-tur ſermo ſapientiæ &c.

...loquitur hic Apoſtolus de ſingularibus illis do-
...piritus ſancti, quæ ſunt in Eccleſia, ſine quibus
...ia regi & conſeruari non poteſt. Verum hæc
...ſignia dona non omnibus pijs in genere Deus

largitur, sed tantum paucis quibusdam, quos Deus ad docendam & gubernandam vocauit Ecclesiam. Hi enim in scripturis vocantur magnificentiæ nimibus, videlicet, fortes bonorum, Psalm. 102. Boni principes, Psalm. 118. Qui in primis acie congregantur contra Diabolum, qui primum occurrere pugnam, Et sunt hæc peculiaria dona sanctorum. Non igitur quilibet in Ecclesia sibi ista dona arrogat, ut solent phanatici.

Λόγος σοφίας, id est, sermo sapientiæ, illa facultas illa prudenter ac erudite disputandi & confutandi aduersarios. Qualem facultatem habuerunt D. Augustinus, Ambrosius & similes. Qualem & nostro seculo habent permulti doctores Ecclesiæ. Est enim σοφία proprie illud donum spiritus sancti, quo possumus in arduis ac perplexis negocijs & controuersijs Ecclesiæ utilia & prudenter dare consilia, & insidias atq; calliditatem diabolj pernoscere ac patefacere.

Alteri sermo scientiæ.

Λόγος γνώσεως, id est, sermo scientiæ, illa facultas docendi, qua quis potest diserte aduersarios erudire, quomodo in sua quisq; vocatione Deo seruiat, & quibus in rebus sita sit fidelitas Christiana. Hoc donum habere existimo eos, qui

…r possint iudicare de dogmatibus, quæ sint …r quæ perniciosa Ecclesiæ. Rarum hoc do…

Alteri fides.

…a loquitur de fide insigniente, sed de fide mi…sa, quæ in impios etiam doctores potest cade…nt & prophetia, ut significant exempla San…Caiphæ, Iudæ proditoris &c. Potest etiam de…ione fidei intelligi, de magno illo robore ani…mo olim sancti martyres Christum cõfessi sunt, …die quoq; permulti confitentur &c.

Alij dona curationum &c.

…hoc donum in primitiua Ecclesia erat admo…ulgare, ut testantur historiæ Ecclesiasticæ, & …patrum, quia opus tum erat hoc dono, ad con…mandam doctrinam Euangelij.

Alij operationes uirtutum.

Illud quoq; donum quàm maximè fluxit in pri…tiua ecclesia, sed iam, cum non amplius opus sit, …ere desijt: nisi fortè ad efficaciam & uirtutem …tionis piorum aliquis referre malit. Non enim …um est, quin permulti hodie adhuc sint docto…in Ecclesia, qui precibus suis insignia miracula …nt, si quis modò observet.

Alij prophetia.

Prophetia est propriè illud donum, interpretandi scripturam, ac erudiendi alios, qui & ipsi docere possint in Ecclesia. Oportet enim nulgares illos concionatores seu doctores accipere à prophetis, quod tradant alijs.

Alij autem discretiones spirituum.

Rarum hoc donum est, & perpaucis datum. Discernimus autem spiritus, cum consilia & cogitationes docentium in Ecclesia obseruamus, & mentem eorum introspicimus, utrum serio afficiantur gloria Dei, & salute animarum, Obs jn ein ernst sey vmb das wort Gottes/ vnd der seelen seligkeit.

Alteri aũt genera linguarum.

Ecclesia post prophetiam cum primis opus habet dono linguarum, idq; propter aduersarios & hæreticos, qui plerumq; insignibus donis sunt præditi. Etenim linguæ, id est, Latina, Græca & Hebræa, de his enim Apostolus hic potissimum loquitur, sunt illa uasa, in quibus thesaurus uerbi dei portatur & ministratur, seu offertur Ecclesiæ. Callidè igitur Iulianus imperator, qui cum Ecclesiam Christi funditus delere conabatur, non externam sæuitiem Christia-

...anos exercuit, sed scholas illis praeclusit, et ...o edicto prohibuit, ne literas humaniores et ... Christiani perdiscerent. Hanc enim uocem ... fertur habuisse. Ινα μὴ ἑλληνίζοις πρὸς τὴν ἡμετέραν, βαρβάριζε. Quo mis... nostris uulneribus penas nostras agnosce... ἐκ γὰρ τῶν ἁμαρτάνειν συγχωρουμένων τὴν παιδεύσιν τὴν καθ' ἡμῶν ἐνεδείξω τῶν πόλεμον.

Alteri interpretatio linguarum.

...c est: Alius habet id donum, ut aliam linguam ...am possit transferre, idq; singulari quadam ...ritate ac felicitate, neq; hoc uulgare (ut qui... existimant) donum est.

Hęc autem operatur unus atq; idem spiritus, diuidens peculiariter unicuiq; sicut uult.

DOMINICA undecima post Trinitatis, 1. Corint. 15.

NOtum uobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizaui uo...

ui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini, quo pacto annunciarim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperam, quòd Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris, secundum scripturas, & quòd sepultus sit, & quòd resurrexit tertia die, secundum scripturas, & quòd uisus est Cephæ, deinde duodecim illis: postea uisus plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent ad hunc usq; diem, quidam autem & obdormierunt. Deinde uisus est Iacobo, post Apostolis omnibus, uelut abortiuo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum idoneus, ut dicar Apostolus, propterea quod persecutus sum Ecclesiam Dei. Sed gratia Dei sum id quod sum. Et gratia eius, quæ profecta est in me, non fuit inana

mis, sed copiosius quàm illi om
laboraui: non ego tamen, sed
a Dei quæ mihi adest.

postolus in hoc capite tractat summum illum
lum nostræ fidei, de resurrectione mortuo-
. Huius autem rei occasionem sibi dederant
apostoli, qui Corinthios suis dogmatibus in
persuasionem adduxerant, quòd nulla esset re-
tio mortuorum, imò quòd resurrectio mor-
m iam dudum facta esset in baptismo. Nec du-
est quin hæc impia dogmata veris coloribus
re potuerint. Itaq; in magno erant precio &
itate, eò quòd noua & ἀγχέλοξα asseren-
, & multò maiores applausus populi habue-
t, quàm ipsorum præceptor Apostolus Paulus
t. Etenim hæc duo uitia, id est, πολυπρα-
σύνη & ἀναστάσια in ecclesiam Corinthio-
irrepserant. Quamcunq; in ciuitatem aut re-
m hæc uitia irrepserint, ibi sine ullo negotio
doctores possunt seducere populum. Vt igitur
postolus in uiam Corinthios reuocet, longam de
rrectione mortuorum concionem habet.

Notum autem uobis facio Euangelium.

obliqua

Obliquebis uerbis taxat utrosq; tum pseudoapostolos, qui sub prætextu Euãgelij nihil minus quam Euangelium docuerunt, tum ipsorum auditores Corinthios, quos iam ferè tædium & satietas Euangelij ceperat, & nouitate dogmatum delectabantur. Interim tamen docet, nullam doctrinam nomine Euangelij appellandam esse, nisi quæ cum suo Euangelio conueniat.

Quod & accepistis.

Ostendit flagrantissimum illud studium Euangelij in eis iam frigere & propemodum extinctum esse. Q. d. Hoc ipsum Euangelium iam fastiditis, quod olim summo studio & gaudio fuistis amplexi.

In quo & stetistis.

Non solum, inquit, serio & cum gaudio illud amplectebamini, sed etiam multum in eo profecerat is, & radices egeratis, hoc enim in uerbo stetistis, intelligi uult Apostolus.

Per quod & saluamini.

Iterum pseudoapostolorum doctrinam taxat, quòd sit peruersa ac pernitiosa, et simul doctrinam euangelij prædicat, quòd hæc sola doctrina sit, quæ salutem afferat, & ueram rationem ostendat, quomodo iustificemur & saluemur.

Quam

Quomodo euangelizauerim uobis.

is uerbis docet Apostolus, primum, quòd ipse
m nouam doctrinam afferat, & quòd nulli do
es sint perniciosiores, quàm quibus studio est,
ur nouum aliquod & πρὸς ὄχλον dogma af-
quo & sibi autoritatem concilient, & popu-
administrationem sui rapiant.

de docet, quòd nullum aliud medium sit, ut
fidei intelligamus ac retineamus, præter
m uocale, quod solum & unicum obiectum si
se debeat in omnibus articulis fidei amplecten-
intelligendis. Eo enim sublato, impossibile est
d minimum articulum fidei retineamus, aut in
simis tentationibus ac certaminibus conscientiæ
stamus. Id quod Deus in natura infantis depin-
uidetur, qui dum iacet in gremio matris, &
dem sinu fouetur, & lactatur uberibus, non est
timet aut periclitetur: sed cum primum ma
os amplexus amiserit, illicò in magno uersatur
rimine. Ita & nos dum in gremio Dei, id est,
o acquiescimus, non est quòd timeamus, ut e-
mur à diabolo: uerum ubi uerbum è conspe-
dis amiserimus, continuo in uarias hæreses,
as opiniones rapimur, omniq; ludibrio dia-

boli

boli sumus expositi. Atq; hoc sentit Propheta in Psalm. 130. cum ait: Cum non animam meam sedabam & tranquillabã, perinde ut ablactatus in sua eram. Quasi dicat: Nisi in solo uerbo Dei acquieuerem, in nullis certaminibus possem consistere.

Si retinetis, nisi frustra credidistis.

His uerbis consolatur Corinthios, ne desperent, si forte tentati fuissent, ut ab ipso articulo deficerent, & simul admonet eos, ne securi sint, ac negligentes, sed sciant se in maximo uersari periculo, nisi eadem ipsorum facilè uerti posse, nisi summam sollicitudinem & cautionem adhibuerint. Vtitur autem non admodum asperis uerbis, sed lenioribus, ut scilicet suum erga Corinthios paternum amorem ac sollicitudinem declaret.

Reliqua in Commentarijs D. Doctoris Mart. super 15. cap. 1. Corin.

DOMINICA duodecima post Trinitatis, 2. Cor. 3.

Fiduciam huiusmodi habemus per Christum erga Deum, &c.

idonei simus ex nobis ipsis co
e quicquam, tanquam ex no
lis, sed si ad aliquid idonei su
, id ex Deo est, qui & idoneos
nos ministros noui testamenti,
literæ, sed spiritus. Nam litera
dit, spiritus autem uiuificat.
ed si administratio mortis in li
, deformata in saxis, fuit in glo
deo ut non possent, oculos in
ere filij Israel in faciem Mosi,
er gloriam uultus eius, quæ
etur, cur non potius adminis
io spiritus erit in gloria? Nam
ministratio cõdemnationis glo
, multò magis excellit adminis
io iustitiæ in gloria.

*ecipuus locus huius Epistolæ est de spiritu &
, quæ & præcipua quædam pars est doctrinæ
lianæ, & digna, quæ diligenter & accuratè
tur in Ecclesijs. Nisi enim doctor Ecclesiæ,
tum legis ac Euangelij recte & exactè tradat,
in docendo proficiet. Cæterum occasionem de*

spiritu & litera dicendi Paulo præbuerunt falsi doctores, uel pseudoapostoli, qui, uel quòd non satis tenerent doctrinam Apostolicam, uel, ut populärem applausum caperent, contendebant legem & opera legis necessaria esse ad iustificationem, atq; ita Corinthiorum animos pertur babant. Vt igitur hanc falsam persuasionem animis eorum Apostolus eximeret, discrte & accurate discernit legem et Euangelium.

Fiduciam autem talem habemus per Christum erga Deum.

Quòd nos talem Epistolam parauimus, quæ non scripta est γράμμασι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος.

Non quòd sufficientes simus ex nobis ipsis cogitare quidquam tanquam ex nobis ipsis, sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est.

Vult dicere, quòd idonei sumus ad docendam Ecclesiam, hoc non nostro ingenio aut eruditioni, aut uiribus nostris attribuimus, sed est opus Dei, qui per

...tudignus minister, ...illud operatur.

...tur autem tacitè ...qui propter excellentiam ...ingenios & idoneos ...sfiant, & omnem ...ioni & sapientiæ ...fugiendum est ministro ...illa persuasio, se ...

Qui & idoneos nos fecit ministros &c.

Hic est principalis locus ... seruanda est phrasis. ... menti, hoc est, doctrinæ ... angelij, quibus verbis discernit suum apostolicum ... officium a Mosi. Ideo autem legem vocat ... rem, quòd nequeat præstare, ut homines ea, ... præcipit, faciant. Vt enim litera, siue sit scripta, siue picta, aut sculpta, per se res mortua est, ... quicquam valet, nisi ut cognoscatur & legatur: ... lex, seu doctrina legis per se res mortua est, & ... dit hominem, nisi cognitio gratiæ (quæ reuelatur per Euangelium) accesserit.

Euangelium uero uocat spiritum, quia uiuificat bonum, & affert spiritum sanctum, qui præbet uitæ æternæ claritatem renatis ultrò faciendi eam quæ lex à nobis requirit.

Sed ex his uerbis Pauli aliquis sic fortè argumentetur:

Paulus & omnes successores eius sunt ministri noui testamenti,

Ergo non debent prædicare legem.

Probet autem consequentiam ex ipso textu: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Si Anabaptistæ aliquid argumenti possent afferre, pro suorum se repugnantia. Respondendum est ad [illegible] Paulum quia omnes Apostoli & [illegible] prædicarunt legem, prædicare & [illegible]. Sed quia id præstare nequeunt, nisi peccatum quoq; doceant, ideo necesse est, ut legem quoq; prædicent. Vt enim proprium officium est patris, curare filium, eumq; hæredem bonorum suorum constituere, etiam filium interdum castigat & duriter tractat, eumq; pædagogo tradat, ut probè exerceatur, ita non nunquam plus severitatis, quàm lenitatis patri offendit, tamen interim non abijcit paternum filium affectum & amorem ergà filium, imò quo magis eum

filium, hoc magis illum diligit, quia pa
diligit filium, castigat. Ad eundem mo
is uerus doctor Ecclesiæ agit cum hominib
ubus etsi legem prædicet, eamq; satis acuat,
es comminationes Dei, & horribilia exem
re Dei aduersus peccatum, illis proponat &
et: non tamen id agit, ut illos ad desperatio
impellat, sed ut ad pœnitentiam uocet, & po
commodius & efficatius illos consoletur, et con
, ut tandem saluentur.

Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat.

Loquitur de proprio utriusq; & legis & Euan
officio, atq; ita officium seu ministerium legis
cuat, ut interim tamen nihil de dignitate eius
detrahat. Est enim proprium officium legis,
idere, hoc est, conscientias accusare ac perterre
ere, den gewissen angst vnnd bang machen.
oc aut̃ non fit legis uitio, sed propter corruptam
minis naturam. Nam lex per se sancta est, Rom.
& perinde uerbum Dei ex ore dei proficiscens,
ipsum Euangelium. Verum in tam uitiosa natu
hominis non potest meliorem effectum habere.
Proprium uerò Euangelij officium est consola
, erigere ac uiuificare perterritas conscientias.

Hoc intelligendum est, cum dicit, τὸ πνεῦμα ζωοποιεῖ, id est, spiritum significat.

Quòd si ministratio mortis scripta, uel literis sculpta in lapidibus &c.

DE CLARITATE LEgis & Euangelij.

Quod ad ipsum causam efficientem utrinsq; pertinet, eadem Legis dignitas uel claritas, quæ est Euangelij. Nam utrumq; est uerbum Dei. Sed quod ad causam formalem ac finalem pertinet, longè maior & præstantior est dignitas & claritas Euangelij quàm legis. Quia lex est ministerium mortis & condemnationis, hoc est, per doctrinam legis, omnes homines rei mortis ac condemnationis peragnuntur. Per doctrinam uero Euangelij pronunciantur iusti propter fidem in Christum, ideoq; ministerium iustitiæ uocatur, scilicet, propter effectum ipsius, quia finalis causa doctrinæ Euangelij est iustificatio, hoc est, ut homines iusti coram Deo reputentur. Econtra uerò finalis causa legis est condemnatio & mors. Quare in causa iustificationis longè maior est claritas Euangelij quàm legis: sed in prædicatione pœnitentiæ, ac enarratione decalogi, ita

quæ

...legis est claritas, ut uerbis exprimi ne...
...dadro fulget facies Mosi, ut filij Israel il...
...possint intueri, quia lex requirit à nobis non
...politica opera, sed etiam perfectam obedien...
... Δόξα τοῦ προσώπου Mosi, est fulgor ille
...fulgebat in facie Mosi, redeuntis à colloquio
...Exodi 34.

Videmus uero Mosi est falsa opinio de lege,
...ti humana iudicat externa illa opera legis,
...uitur honestam disciplinam, esse impletio...
...legis. Hoc uelum Mosi tollitur in his qui uerè
...sunt Deum, & credunt in Christum.

Quandoquidem ne glorifica...
...m quidem fuit quod glorifi...
...catum est in hac parte propter
...minentem gloriam.

...Nec enim id quod glorificatum est, habendum
...glorificato, respectu illius excellentis glo...
...scilicet Euangelij. Hoc enim significat hæc par
...τοῦτο τοῦ μέρους, id est, in compara...

...Nam si administratio condem
...nationis gloria.

Legem intelligit, quæ dolatur, seu boleri debet in causa iustificationis, & in certaminibus conscientiarum: ibi enim prorsus nulla legis mentio debet fieri, non aliter ac si lex nunquam data esset.

DOMINICA
decimatertia post Trinitatis. *ad Galat. 3.*

FRatres, secundum hominem dico. Hominis licet testamentum, tamen si sit comprobatum, nemo rescindit, aut addit aliquid. Porrò Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, unquam de multis, sed tanquam de uno: Et in semine tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum antè comprobatum à deo erga Christum, lex quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritum, ut abroget promissionem. Nam si ex lege est hæreditas, non

iam

n ex promissione. Atqui Abra-
per promissionem donauit deus.
id igitur lex? Propter transgres
nes addita fuit, donec ueniret se-
en, cui promissum fuerat, ordina
per angelos in manu interceſſo-
. Interceſſor autem unius nō est,
Deus unus est. Lex igitur num
aduersus promissiones Dei? Ab-
. Etenim si data fuisset lex quæ
ssit uiuificare, uerè ex lege esset iu
ia. Sed concluſit ſcriptura om-
a sub peccatum, ut promissio ex fi
e Iesu Christi daretur credētibus.

Hæc Epistola satis copioſe ac eruditè à D. Do-
re Martino Luth. expoſita est. Itaq; ſuperuaca-
um esse duxi, noſtram interpretationem huc
rre.

Duo ſunt præcipui loci huius epiſtolæ. Prior eſt
lege & Euangelio. Alter de abrogatione legis.

DE PRIMO.

Definienda est primum lex, deinde Euangelium,
est mandatum Dei, quod docet, quid Deus à no-

bis requirut, ut & hic in terris bene nobis sit, & post hanc uitam, eterna uita et salute perfruamur.

Sunt autem tres species legis. Lex diuina, lex naturæ, lex humana. Legem diuinam uocamus decalogum, & omnes leges, quæ extant in sacris literis. Lex naturæ est, quæ omnium hominum cordibus diuinitus inscripta est: est illa notitia Dei, & discrimen illud honestorum & turpium, uirtutis ac uitiorum, quod non ex libris hausimus, sed quod diuinitus nobis insitum est. Legem uero humanam uocamus leges & iura politica &c.

Est autem legis diuinæ seu decalogi (nam de hac legis specie Paulus hic loquitur) officium duplex. Primum est politicum, cũ ferocia hominum ingenia minis iræ diuinæ coherceat, ut religio, politia, & œconomia in mundo conseruentur, ut homines alij alios de religione possint docere, quo minus in belua ac homines degenerent.

Alterum legis officium est spirituale, idq; maxime proprium legis, uidelicet ut hominibus ostendat peccata, non modo illa externa ciuilia delicta, uerum etiam cum interiora illa monstra peccatorum, scilicet ignorationem Dei, odium & contemptum Dei, breuiter habere motus cordis aduersos Deo, alere concupiscentiam, & similia peccata, quæ ratio humana non potest agnoscere, nec tu-

re, ut

...ffectum cordis ponat: quo quidem con-
... conscientia adeò perterretur & consterna-
...nisi dulcissima uoce Euangelij, in illo ango-
...tur, in desperationem & mortem eternam
...cogatur: sicut Cain, Sauli, & Iudæ prodito
...dit. Nam lex sua natura non potest cor con-
...sanare, hoc est, conscientiam desperabun-
... & oppressam terroribus peccati, ac metu iræ
..., recolligere, & ad spem reuocare, id quod
... Euangelij officium est, ut infrà audiemus.

DE DISCRIMINE PROMIS-sionum legalium & Euangelij.

...habet autem & lex suas promissiones, sed illæ
...ssiones omnes sunt conditionales, quia pro-
...t uitam, salutem, & omnia bona illis tantum,
...mplent legem, & perfectam obedientiam legi
...unt. Sic enim inquit: Qui fecerit ea, uiuet in
...Euangelium uero gratis promittit remissionem
...orum, & uitam æternam, sine ullo nostro
...o aut precio, omnibus qui fide apprehendunt
...icordiam Dei in Christo. Hæc enim propria
... Euangelij: Qui crediderit & baptizatus
..., saluus erit.

...d etiam sciendum est, quod lex duplices pro-
...es habeat. Nam primum promittit uitam
...bis, qui implent legem, & satisfaciunt le-

gi per

gi, per omnia. Quia uero humanis uiribus hoc impossibile est præstare, ideo nemo, quantumuis sanctus, has promissiones potest consequi.

Alterum genus promissionum legalium est corporale, quòd scilicet lex corporalia quoq; bona promittit sine discrimine omnibus qui externa illa opera legis fecerint. Sic enim in lege scriptum est: Honora patrem & matrem, ut bene tibi sit &c. Hæc enim corporalia præmia, Deus etiam impijs interdum, qui publica opera legis faciunt, donare solet. Hinc sunt illæ præclarissimæ uoces in Ethnicorum libris. Vt illud Euripidis: ἐκεῖνος εὐτυχὴς γεγὼς θνητῶν τις ἦν γενᾶς. Item longæue uitæ potiuntur parentum senectutem fouere, & primis et maximis eis persoluere debemus.

DE EVANGELIO.

Euangelium est doctrina quæ offert nobis beneficia Christi, sine conditione nostræ dignitatis, meriti, & dulcissimis promissionibus inuitat nos amplectendum hunc summum thesaurum, uidelicet, remissionem peccatorum, & uitam æternam.

Sunt autem duo Euangelij officia. Primum quòd prædicat pœnitentiam. Alterum est, quòd nunciat remissionem peccatorum in nomine Christi. Sed omnium maximè proprium officium Euangelij est consolari, id est, nos iustos pronuncia[illegible]

in Christum. Sed quia hoc proprium ipsius
exercere nequeat, nisi prius conscientiæ
dinem peccati, & iræ diuinæ aduersus pec
cognouerint, ideo primum omnium pœni-
prædicat, atq; hic opus habet opera legis.
mus, quod hæc duo doctrinarum genera, le
Euangelij, semper coniuncta esse debeant.
dicat aliquis. Atqui hoc pacto hæc duo do-
rum genera, legis & Euangelij, confunderen
lam lex propriè est doctrina de pœnitentia.
spondeo. Euangelium non simpliciter, ut lex,
entiam prædicat, hoc est, non solum reuelat
um, sed addit etiam consolationem, & mon-
remedium, seu portum salutis, nec relinquit
entias in dubitatione ac terroribus, sicut lex
Ideo Christus diserte ait: prædicari in nomi-
pœnitentiam & remissionem peccatorum.
are etsi proprium sit Euangelij annunciare
ionem peccatorum, & dulcissimas illas conso
es in sacris literis proferre, tamen hoc effice-
potest, nisi prius pœnitentiam prædicet,
, peccata redarguat, & iram Dei aduersus
reuelet. Quia scriptum est: Spiritus san-
net mundum de peccato, de iustitia, & de
. Et Christus Marci primo ait, Pœnitemini
Euangelio

De ob-

DE ABROGATIONE legis.

Abrogatio legis intelligi debet, non modo de abrogatione legis Mosaicæ cæremonialis & iudicialis, sed multo magis etiam de abrogatione totius decalogi.

Hæc autem abrogatio legis referri seu accommodari debet, nō ad carnem, hoc est illum hominem, sed ad spiritum, id est, conscientiam.

Itaq; omnes Christiani liberi sunt à lege, quod ad spiritum, id est, conscientiam pertinet.

Loquor autem de conscientia luctante cum accusatione legis, & agente cum Deo. Nam conscientia secura ac sternens, legis doctrina excitanda ac perterrenda est. Qualis conscientia erat Dauidis, cum homicidium & adulterium committebat.

Cæterum quod ad carnē attinet, Christiani adhuc sub lege sunt, hoc est, terrendi & commonefaciendi sunt lege, ut castigent corpus, & in seruitutem illud rediguant. Sicut inquit Paulus, 1. Corinth. 10. Castigo corpus meum, & in seruitutem rediго.

Hoc autem sciendum est, quòd carnalibus hominibus, qui securi pergunt peccare, lex non sit abrogata, nec abrogetur, quamdiu non agunt pœnitentiam.

Per-

Verro abrogatæ legis autor est Christus, qui passione & morte maledictum legis (id enim abrogatio legis significat) sustulit & abo-

Finis autem abrogatæ legis est, illa pax spiritualis, de qua angeli, Lucæ 2. canunt: Gloria in altissis Deo, & in terra pax &c.

Est autem spiritualis illa pax, quando Deus non amplius nobis irascitur, nec nominatur nobis, nec nos amplius irascimur Deo, aut fremimus aduersus Deo, aut cõtendimus cum deo, nel indicamus Deum.

DOMINICA decimaquarta post Trinitatis, ad Galat. 5.

DIco autem: Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc autem inter sese inuicem aduersantur, ut non quæcunque uolueritis, eadem faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub

sub lege. Porrò manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: Adulterium, scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorum cultus, uenefi-cium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia: de quibus prædico uobis, quemadmodum & prædixi, quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt. Contrà, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui uerò sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.

Apostolus suprà de iustificatione & libertate Christiana docuit, nam hi duo principales sunt locihuius Epistolæ. Nunc in fine addit tertium locum, uelut epilogum, de lucta illa spirituali, ubi docemur hæc duo beneficia Christi, uidelicet, iustificationem

libertatem, non posse retinere, nisi ad per-
luctum, quæ nobis cum carne suscipienda
parauimus, & perpetuas agamus, velut in mi
cubiis.

Dico autem: Spiritu ambula-
te, & concupiscentiam carnis
non perficite.

rò admonuit eos, ut caueant, ne abutantur
Christiana in occasionem carnis, id est, ad
dum carnis libidinem. Itaq; hoc loco occurrit
liqui: posset enim aliquis obijcere, maiorem
infirmitatem carnis, quàm ut prauis affectibus
nus resistere. Ad hanc obiectionem ita respon
: Dico autem, Spiritu ambulate.
Spiritu nos ambulare oportet, ita demum fiet,
non expugnet nos concupiscentia carnis.
Spiritu ambulare, est se munire verbo Dei &
, & omnibus armis spiritualibus, Ephes. vltim.
rum hoc non fit sine acerrima luctatione: ideo addit.

Caro enim concupiscit aduer-
sus spiritum, spiritus autem etc;

D. d. Etiamsi verbo Dei, & fide probe instructi
dimen non sine magno certamine concupiscen
carnis poteritis domare, & vitiosis affectibus

resistere. Es wirdt nicht spielend zugehen / sondern es muß ritterlich gekempfft vnnd gestritten sein, Quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

Hæc sibi inuicem aduersantur.

Nomine carnis complectitur non modò concupiscentiam, et uitiosos illos affectus, & appetitiones carnales, sed etiam totam corruptionem naturæ, scilicet, mentem et rationem et voluntatem hominis auersam à Deo. Spiritum uocat hominem, quatenus regitur à spiritu sancto, & uerbo Dei ac fide nititur. Eundem uocat 2. Corinth. 4. interiorem hominem, hoc est, cor hominis purificatum fide. Actorum 15.

Est igitur sententia Pauli: Homo cum regitur spiritu sancto, hoc est, weil er feste stehet im wort vnd glauben, dum confirmatur ac erigitur uerbo Dei, tum ardenti pectore timet Deum, et confidit Deo, et proximum diligit. Item tum est mansuetus. Πρᾶος, ἀγαθός, ἐγκρατὴς, μακρόθυμος. Cum uerò regitur seu impellitur à carne, rapitur in hæc peccata, uidelicet, μοιχείαν, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, εἰδωλολατρείαν.

Atq; hæc in historijs sanctorum facilè cernitur, ut Dauid cum regebatur à spiritu sancto, hoc est, dum

uerbum Dei tota mente ac postura intentus
ebant in eo fructus spiritus, charitatem, gaudium, pacem &c. Econtrà uero, cum regebatur
incidit in adulterium & homicidium &c.
Hiob, exemplum patientiæ, dum mentem & cogitationes suas in uerbum Dei intendens patienti & forti animo afflictiones suas sustinebat. Idem cum regebatur à carne, id est, cum ea uerba cogitationes carnis sequebatur, cœpit murmurare & fremere aduersus Deum. Sic omnes fideles, dum regi se sinunt à spiritu S. apparent in illis fructus spiritus: cum uero reguntur à carne, operæ eorum in ipsum efficatia sunt. Sed tamen magis reguntur à spiritu, quam à carne. Nam fides in Christum efficit eos ociosos esse nec securos, sed excusitat mentes eorum, ne sinamus nos uitiis animantur, quod fit, id est, uitiosos affectus carnis mortificent, subdita sit caro spiritui. Ideo scribit Apostolus:

Qui enim Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus et concupiscentijs.

Quæ sunt uehementiores illi affectus, ut odium Dei, & fremitus ac indignatio adu Deum, hæsitatio, tristitia, item ira, inuidia:

DOMINICA decimaquinta post Trinitatis, Galat 6.

FRatres, Etiamsi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Inuicem alij aliorum onera portate, & sic complete legem Christi. Nam si quis sibi uidetur aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animum. Opus autem suum probet unusquisq;, & tunc in semetipso tantum gloriationem habebit, & non in alio. Unusquisq; enim propriam sarcinam baiulabit. Communicet autem qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Ne erreris; Deus non irridetur.

Quicquid

quid enim seminauerit homo, er metet. Nam qui seminat per nem suam, de carne metet tor- tionem: sed qui seminat per spi um, de spiritu metet uitam æter- m. Bonum autem faciendo ne tigemur. Tempore enim suo temus non defatigati. Itaq; dum pus habemus, operemur bo- m, cum erga omnes, tum uerò ximè erga domesticos fidei.

Duo sunt insignes loci huius Epistolæ. Primus de præclara illa uirtute, quam Græci uocant ἐπιείκειαν, latini mansuetudinem, qua solemus hominum uitia ferre, condonare, dissimulare ac te-. Alter locus est de alendis uerbi ministris.

DE PRIMO.

Fratres, si quis homo præoccupatus fuerit in aliqno delicto.

Non loquitur de affectatis lapsibus, sed de his, fiunt per infirmitatem carnis. Qualis lapsus Petri Christum abnegantis. Qualis & Dauidis lapsi

dis lapsi in adulterium &c. Qui ad hunc modum labuntur, eos iubet Apostolus clementer tractare, consolari, ac erigere: hoc enim significat graeca uox καταρτίζειν, reficere, erigere, zu rechte bringen. Sed cur uocat lapsu illos, qui per se sunt horribilia peccata, leuissimo uerbo παραπτώματος? Vt scilicet conscientias afflictas erigat & confirmet, quo minus desperent. Nihil enim tenerius aut mollius est conscientia pij prolapsi in aliquod peccatum, sicut contra nihil durius aut rigidius est corde impiorum. Ideo spiritus sanctus piorum lapsus leuissimo uerbo utens, παραπτώματα tantum appellat, scilicet in consolationem ipsorum. Econtra uero impiorum non modo delicta, sed etiam uitia ac leuissimos errores, imo & praestantissima eorum opera atrocissimis nominibus appellat, si quo modo peccati magnitudinem agnoscant & conuertantur.

Hortatur igitur Apostolus hoc loco nos ad illam pulcherrimam uirtutem, scilicet πραότητα, qua nostra inter nos siue uitia, siue incommoda tolleremus & condonemus, qua quidem uirtute nihil pulchrius nec utilius est, non modo in Ecclesia, sed etiam in uita politica. Nam de hac uirtute extant passim multa sapientissimorum hominum dicta, ut illud Menandri: ὀργὴ μὲν οὐδεὶς οὐδέποτ' ἐπῄνεσεν πραότης δέ.

...ùm. Maximè uero pastores & doctores Ec...
...rum hac uirtute præ cæteris excellere debent.
...rum ita natura hominum comparata est, ut hanc
...utem nemo præstare queat, nisi si quis probè
...atus & humiliatus sit à Deo, ut testantur per...
...ta exempla. Scriptum legimus in uitis patrum
...modam seniore heremita, cui cum iunior qui...
...monachus conquereretur, se spiritu fornicati...
...graviter uexari: asperè illum & inclementer
...increpuit, & propemodum in desperationem sua
...asperitate κατὰ ἀσωγίαν conjecit. Sed hoc in...
...accidit, quòd ille senior tentationum & certami...
...um spiritualium erat imperitus, atq; ignarus.
...q; non ita multo post, idem ille senior luctus aspe...
...tatis suæ pœnas dedit.

Considerans teipsum, ne & tu tenteris.

Q. d. Vnusquisq; cogitet se quoq; hominem es...
...Est autem proprium hominis, labi, errare, fal...
...ere. Nemo enim sanctorum gloriari unquam po...
...uit, se communibus hominum infirmitatibus &
...ipsibus non esse obnoxium: ne Dauid quidem id
...tuit, quamuis multis præclarissimis donis erat
...ditus, & omni fere tentationum genere exerci...
...tus. Quia omnes sancti, quantumuis magni &

humiliati, veterem illum hominem, id est, carnem adhuc circumferunt, & eundem omnes hostem habent diabolum, qui sine discrimine omnes pios tentare & affligere iam inde ab initio solitus est. Praeclare igitur heremita ille Apollo, vir prudens et peritus, alterum illum fratrem seniorem, cuius supra mentio facta est, admonuit, dicens: Nemo nostrum, quantumuis sanctus, contra insidias aduersarij nostri satis munitus esse potest, neq; eidem resistere sine gratia Dei, qui, nisi humanam nostram infirmitatem conseruaret, diabolus ad omnia scelera & flagitia nos pro arbitrio suo impelleret.

Alter alterius onera portet.

Infirmitates, errores & uitia aliorum uocat βάρη, id est, onera, quia ualde molestum & graue est, infirmorum fratrum uitia ferre & tollerare. Quare singularis cuiusdam sapientiæ & patientiæ est, offensiones priuatas posse deuorare, & uitia aliorum perferre ac tegere.

Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, suum ipse fallit animum.

ἐνυπνιάζεται est, depingit enim φιλαυτίαν, uitium contrarium πραότητι. Est autem propri-

φιλαυτίας, seipsum admirari, sibi placere laudiri de suis donis, & alterum præ se contem . Hoc uitio potissimum laborant falsi doctores, ὁφυτοι, hos enim hoc loco præcipue uidetur re. Tales autem φίλαυτοι, quia sibi tantum nt & consulunt, ideo dicit eos nihil esse, ac se os decipere.

Opus autem suum probet unusquisq.

Nam hoc quoq; solent φίλαυτοι, calumniatri rum dicta & facta, ideo iubet Apostolus, ut su quisq; opus probet, uidelicet, operam det, ut cium suum rectè faciat, ita demum fiet, ut glori in semetipso habeat, hoc est, testimonium bonæ scientiæ, & gloriam coram Deo, 2. Corinth. 1. doctor Ecclesiæ, sic magistratus, sic paterfami , sic denig; in sua quisq; uocatione gloriationem bit in semetipso, si officium suum diligenter ac ulò fecerit, hoc est, gloriari poterit apud semet um in conscientia sua, se pro uirili conatum fu , ut gloriam Dei illustraret, et multis prodesset, καὶ χαμαὶ συνεπάσεως pluris faciet, quàm gentes uulgi applausus. Nam ea demum uera glo est, quæ in testimonio conscientiæ, & non in ap fu aliorum situ est.

Vnusquisq; onus suum portabit.

Hoc est, unusquisq; suum de se iudicium coram Deo ferre cogetur, cum scilicet rationem reddet administratæ functionis. Q. d. In agone mortis, seu nouissimo iudicio nihil te iuuabunt magnifica illa præconia, quibus ornatus fuisti ab alijs, sie werden den sich nicht halten. Solo testimonio conscientiæ tuæ nitaris oportet.

ALTER LOCVS.

Communicet autem is qui catechizatur uerbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis.

Hic hortatur iam auditores & discipulos ut sint benefici ac liberales erga doctores Ecclesiarum. Nam ea est fortuna piorum doctorum, ut egeant & inopes sint, sicut econtra impij doctores abundant & florent: in causa est malitia diaboli, qui modis omnibus cursum uerbi impedire conatur. Ideo sic indurat hominum corda, ut aut nihil omnino largiantur pijs doctoribus, aut si quid largiuntur, perinuiti & granatim hoc faciant. Haud enim illum fugit, si homines liberales ac benefici erga ministros uerbi fuerint, excitari & accendi permultos su-

studiosos ad theologiam amplectendam, & econ
multa præclara ingenia deterreri à studio theo-
gie, si theologos esurire uideant. Quare hæc ad-
tatio Paulina omnibus temporibus summopere
cessaria est.

Nolite errare, deus nõ irridetur.

Docet hic locus quòd non liberum sit nobis mini
ros uerbi alere uel non, sed meminerimus illa be-
ficia quæ in pios doctores conferimus, testimonia
u documenta quædam esse fidei, perinde ut cætera
aritatis officia, & multo etiam magis. Ideo di-
: μὴ πλανᾶσθε, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται.
. d. Non est quòd quis glorietur se habere fidem,
si illam declaret officijs charitatis, maximè uero
neficijs erga doctores ecclesiæ. Impossibile enim
, ut quis uerbum Dei magnifaciat, & interim si-
i ministros uerbi esurire, ac egere, sed econtra
o quisq; pluris facit uerbum Dei, hoc maiorem
iam honorem exhibet uerbi ministris. Verum
o acrior sit hæc adhortatio, addit Apostolus &
comminationem & promissionem. Comminatio-
m, cũ ait, ὅτι ὃ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος. Qui
minat in carnẽ etc. Promissionem, ὁ δὲ σπείρων
ς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν
ώνιον. Qui autem seminat in spiritum &c.

In festo

IN FESTO SANcti Michaelis, Apocalyp. 12.

ET factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & satanas, qui seducit totum terrarum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audiui uocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta est salus & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante cōspectum Dei nostri die ac nocte: & ipsi uicerunt

nteum propter ſanguinem agni,
propter ſermonem teſtimonij ſui,
non dilexerunt animã ſuam uſq;
d mortem. Propterea lætamini cœ
,& qui habitatis in eis. Vę habita-
ribus terræ & maris, quia deſcen-
it diabolus ad uos habens iram
agnam, ſciens quòd modicum
mpus habet. Et poſtquam uidit
raco, quòd proiectus eſſet in ter-
am, perſecutus eſt mulierem, quæ
eperit maſculum. Et datę ſunt mu
eri alæ duæ aquilæ magnæ, utuo-
iret in deſertum in locum ſuum, u-
i alitur per tempus & tempora &
ſemidium temporis à facie ſerpen-
. Et eiecit ſerpens ex ore ſuo poſt
ulierem aquam tanquam flumẽ,
eam faceret rapi à flumine. Et au-
uit terra mulierem, & aperuit ter-
os ſuum, & abſorbuit flumen
od ieiecerat draco ex ore ſuo. Et

iratus

enim dubium est, hunc principem Persarum fuisse aliquem principem inter dæmones qui regno Persico præfectus erat. Habet enim quodlibet regnum, quælibet item ciuitas ac domus suum quendam dæmonem, à quo uexatur aut regitur.

Ex his & alijs præterea exemplis & dictis scripturæ satis apparet, perpetua esse bella inter angelos atq; dæmones, & quòd politia quædam sit inter utrosq;.

Et audiui uocem magnam de cœlo dicentem: In cœlo nunc facta est salus & uirtus et regnū Dei nostri, & potestas Christi eius.

Nunc addit quid secutum sit post illam uictoriam, uidelicet gratulatio angelorum in cœlo. Hic expendenda sunt illa uerba, ἡ σωτηρία, Δύναμις, βασιλεία, ἐξουσία. Salus, uirtus, regnum, potestas. Vult dicere: Nunc apparet Christum esse saluatorem, omnipotentem, dominantem super omnia, & habentem omnia in manu sua, quòd Deus pater omnia subiecit pedibus eius, iuxta illud Psalmi: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Et ipsi

Quòd Paulus tam mite principium dat initio suæ Epistolæ, in quâ Corinthiorum peccata reprehendere decreuit, causa hæc est, ut pastoribus Ecclesiarum & ministris uerbi exemplum in seipso constituat, quomodo Ecclesias suas docere ac regere debeant, ut in reprehendendis peccatis seueritatem illam adhibeant, quæ sit condita humanitate, seu mansuetudine, siue ut græci uocant, χρηστότητι, ne, dum nimis acriter, duros ac ferocès increpant, interim pauidas conscientias perturbent et offendant.

Nam etsi Paulus iure in Corinthios acerrimè inuehi potuisset, moderatur tamen illam seueritatem, et summa χρηστότητα ac remissione utitur, atq; affectum paternum induit, utitur q; lenissimis uerbis, ac semper ueretur, ne simul teneras conscientias lædat, quarum gratia ita moderatur reprehensionem, ut plus suauitatis quàm seueritatis appareat.

Hoc exemplum clementiæ ac mansuetudinis omnes pastores ac doctores Ecclesiarum imitari debent, atq; ita peccata & uitia populi reprehendere, ut non ira aut odio, aut similibus prauis affectibus ad reprehendendum accessisse uideatur, sed paterno amore ac beneuolentia commoti, das man jr sanfftes freuntlichs hertz spüren könne. Qui hoc faciunt, hi demum præclarè & magno cum fructu do-

cere poterunt. Semper enim afflictorum magis habenda est ratio, quàm ferocium in Ecclesia.

Est igitur summa huius Epistolæ, Paulus exemplo suo Corinthios inuitat ad gratiarum actionem, & agnitionem summorum beneficiorum & donorum Dei, quæ eis donata sunt in Euangelio per Christum.

Gratias ago Deo meo semper pro uobis de gratia Dei.

His uerbis primum testatur se summa cura salutis Ecclesiarum affici, & pro eis ardentissimo posse re orare, deinde tantæ ingratitudinem eorum taxat, quòd hactenus non Deo egerint gratias pro summis illis beneficijs & donis, quæ per doctrinam Euangelij acceperunt, imò quòd ne agnouerint quidem illa immensa beneficia. Si enim agnouissent, nunquam tot sectæ ac schismata inter eos extitissent. Nam agnitio beneficiorum Dei parit humilitatem, humilitas parit gratiarum actionem, gratiarum actio deinde multiplices fructus affert, uidelicet, ut purè, sincerè, fideliter ac seriò uerbum Dei doceamus et audiamus, das wir Gottes wort mit ernst handeln/ lernen vnnd lernen. Solet autem agnitio beneficiorum Dei nos impellere ad gratiarum actionem, gratiarum actio autem fieri non potest sine recor-

recordatione ac enumeratione beneficiorum & donorum Dei.

In gratia Dei &c.

Quid gratiam Dei uocet, ipse declarat, cum inquit:

In omni uerbo & omni scientia.

Q. d. Ir habt alles vnd gar haben solle/ Gott hatt euch reichlich begnadet/ *cumulauit uos omni genere beneficiorum & donorum*. Dann *primum uerum & purum doctrinam Euangelij habetis*, ist ewer lere vom Euangelio lauter vnnd rein/ *deinde uocati estis*. Weiter, *omnis generis dona spiritualia sunt apud nos & in nobis*, vt *tam nihil nobis desit*, euch mangelt an nichts nicht/ denn das jr solchs erkennet/ vnd Gott darfur dancket/ *nisi cognoscamus gratiæ Dei ac beneficiorum eius magnitudinem*. Vnnd ist nichts anders gerett/ dann so viel/ als wann ich sprech zu einem der einen grossen schatz vberkommen hette/ Ecce quantis opibus cumulatus es, reliquum est ut illis recte vtaris. Quod autem hæc sit sententia Pauli, testantur hæc verba, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ. Quia in omnibus diuites facti estis.

Sicut & testimonium Christi confirmatum fuit in uobis.

Euangelium uocat testimonium Christi, quia testimonium reddit de Christo, seu testatur Christum saluatorem esse mundi. Hanc scilicet doctrinam Euangelij dicit in illis amplissimos fructus pulisse & [illegible] & [illegible] dono spiritus sancti. Hoc [illegible] uocabuli [illegible]

Itaut nihil uobis desit &c.

Obserua [illegible]

Expectantes reuelationem Iesu Christi &c.

Significat Christum nunc quidem nobis adesse gratiosum & conuersari nobiscum per uerbum & sacramenta, in nouissimo autem die illam gloriosam Christi reuelari, vt Christum etiam oculis carnalibus coram intueri possimus: Reuelari igitur dicitur: Hic reuelatio hominibus facienda, expectatio autem huius reuelationis eos beatos reddit de qua

Dominica

DOMINICA decímanona post Tri-nitatis, ad Ephes. 4.

DEponite iuxta priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris. Renouamini autem spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui iuxta deum conditus est per iustitiam & sanctitatem ueritatis. Quapropter depositio mendacio, loquimini ueritatem quisq; proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & non peccetis: sol ne occidat super iram uestram, neq; detis locum calumniatori. Qui furabatur, non amplius furetur: magis autem laboret operando manibus, quod bonũ est, ut possit impartiri ei qui opus habuerit.

Hactenus in hoc capite Apostolus Ephesios admonuit, ut vitam agant consentaneam uocationi

ſuæ, qua uocati ſunt ad hæreditatem uitæ æternæ. Nunc in fine huius capitis addit epilogum, & omnia genera bonorum operum his paucißimis uerbis complectitur, cum ait: *Deponite ueterem hominem, & induite nouum &c.*

Deponere uos ſecundum priſtinam conuerſationem.

Veterem hominem uocat ipſam corruptionem naturæ, omnes motus cordis humani auerſos à deo, videlicet, wie der menſch iſt von natur eh er wirdt auffs new geboren durch die Tauffe vnd Glauben an Chriſtum, *ſicut Apoſtolus ipſe interpretatur, cum ait:* φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, *hoc eſt, qui corrumpitur concupiſcentijs, quæ ſolent hominem fallere ac decipere. Proprium eſt enim omnis peccati, quod hic concupiſcentiam uocat, hominem illecebris ſuis decipere, quare ſtudio addit hoc uocabulum* ἀπάτης: *Eſt igitur ſententia: Deponite omnes uitioſos motus cordis, quos primi noſtri parentes per lapſum in poſteros ſuos propagârunt.*

Renouamini ſpiritu mentis etc.

Nam etſi nos per Baptiſmum & fidem renati et renouati ſimus, tamen illa regeneratio & renouatio non-

do nondum absoluta est, sed multis adhuc uitijs seu reliquijs peccati contaminata. Ideo assidua renouatione & purgatione opus habet. Wir müssen sie immer wider vernewen vnd fegen / bis sie gantz rein vnd volkommen werde / Iuxta illud: Expurgate uetus fermentum.

Duabus autem in rebus hæc renouatio sita est. Primum in eo ut nouam mentem & uoluntatem, breuiter nouos motus cordis concipiamus, das wir vns Gott viel anders fürbilden / dann im fleisch vnd blut fürbildet vnd machet. Deinde ut nouas uitæ actiones diuersissimas ab actionibus gentium assumamus, ut scilicet interior nostra nouitas prorumpat in externas uitæ actiones, das sie herauß breche in die früchte.

Hæc duo, uidelicet noui motus cordis, & nouæ uitæ actiones, discernunt renatos ab his qui non sunt renati.

Quomodo autem hæc renouatio fiat, ostendit his uerbis:

Spiritu mentis uestræ.

Non iubet nos deserere uocationem nostram, sicut Anabaptistæ docent, nec nouum aliquod uitæ genus eligere, sicut heremitæ olim fecerunt, qui relicta hominum societate, profugerunt in solitudinem, sed iubet nos spiritu mentis uestræ renouari,

hoc est, nouos motus cordis, nouam mentem & nouitatem concipere. Q. d. Jr ſolt einen newen ſinn/ hertz vnd gemüte faſſen / dann es ligt alles an der innerlichen verneweerung des gemütes/ daraus dann auch müſſen folgen newe werck/ vnd ein newes leben. *Spiritum mentis uocat mentem, uoluntatem, & cor hominis.*

Et induite nouum hominem, qui iuxta Deum conditus est.

Sicut ueterem hominem in baptismo cœpimus tantum deponere, ita & nouum hominem cœpimus induere, ideo assidua admonitione opus habent pij, ut pergant nouum hominem induere, donec uetus homo planè mortificetur.

Porrò nouum hominem ipse mox describit his uerbis, τὸν κτισθέντα κατὰ θεὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, *id est, qui formatus seu conditus est ad imaginem Dei, id est, in uera iustitia & sanctitate, sicut primus homo fuit ante lapsum.* Welcher iſt die rechte conterfactur Gottes geweſen. *Ipse enim clarum & purum erat speculum, quod imaginem Dei uerè & exactè repræsentabat. Hoc pulcherrimum speculum postea insidijs diaboli deformatū est, hoc igitur speculum oportet nos repurgare, ac renouare,* das er wider rechtgeſchaffen werde.

Ideo

Ideo deponentes mendacium.

Quare iubet hoc potißimum uitium ſeu peccatum deponere, cum ſint alia grauiora?

Reſpondeo. Quia mendacium proprium eſt uitium diaboli, et primũ omnium peccatum in mundo fuit, deinde mendacio primi noſtri parentes decepti ſunt in paradiſo, poſtremò mendacium eſt omnium perniciosißimum peccatum in Eccleſia, politia & œconomia. Dann gereth ſie in die heilige ſchrifft/ ſo verkeret ſie die ſelbige/ *inuertit & depranat ſacram ſcripturam.* Gereth ſie aber ins weltliche vnd heusliche regiment/ ſo mus alles zu drümmern gehen. *Recte igitur Eccleſiaſticus: Deterior eſt uir mendax, quàm qui furatur.*

Iraſcimini & nolite peccare.

Non hic prohibet iram, quam nobis imponit ſeu concedit noſtrum officium, uel munus quo fungimur, ſiue eccleſiaſtico, ſiue politico, ſiue œconomico, imò iubet nos iraſci, ſed ita tamen, ne peccemus. Eiuſmodi debet eſſe ira, quæ non ſit coniuncta cum acerbitate odij, ſed cum amore paterno, ſeu fraterno. Es ſoll kein giffiger zorn ſein/ ſondern ein vetterlicher brüderlicher vnd reiner zorn. *Nam ſine hac ira nec paſtor Eccleſiæ, nec magiſtratus, nec paterfamilias officio ſuo rectè fungi poteſt.*

Sol non occidat super iracundiam &c.

Quia verò permulta possunt accidere, quæ pios interdum accendant ira, ideo tradit hoc præceptum, ne plant accensam iram; aut nimis indulgeant iræ, sed ut deponant eam illico, priusquam sol occidat.

DOMINICA
uigesima post Trinitatis, ad Ephes. 5.

VIdete quomodo circumspectè ambuletis, non insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quòd dies mali sint. Propterea ne fitis imprudentes, sed intelligentes, quæ sit uoluntas Domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est, sed impleamini spiritu, loquentes uobisipsis per psalmos & hymnos & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde uestro Domino

Domino, gratias agentes semper
omnibus in nomine Domini no
Iesu Christi, Deo & patri, subdi
uicissim alius alij cum timore Dei.

Hortatur hoc loco Ephesios, & simul omnes Christianos, ad uigilantiam & sobrietatem: & primum quidem ad uigilantiam, & dicit sic.

Videte ut caute ambuletis, non ut insipientes.

Iubet eos circumspectè ambulare in hoc mundo, & uitare scandala, & cauere ab insidijs quas diabolus struit, qui singulis horis & momentis in occasionem intentus est, si quo modo nos posset euertere. Er schleifft/ seiret noch ruget nicht / *Sicut Petrus inquit: tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret.*

Non quasi insipientes, sed ut sapientes.

Admonet ut sint cauti, prudentes ac circumspecti in retinendo uerbo Dei, & urgenda uocatione. Causa est ista, quia habemus contra nos tres acerrimos hostes, die wir mit ernſt meinen/ diabolum, mundum, & carnem, quorum omnes conatus, cogitatio-

gitationes & studia huc spectant, ist alles dahin gerichtet, ut nobis uerbum Dei eripiant, aut ui, aut dolo. Nam primum diabolus conatur nobis uerbum eripere, cum aut per impios doctores uerbum Dei depraua t, aut in corde nostro illud inuertit. Itaq; uigilantia & prudentia opus est, ut simus prouidentes.

Mundus uerò prouocat nos ad iram, odium etc. Denn sie gönnet uns nicht ein bissen brots/ vnd hindert uns an allen guten werckẽ/ et preclarissima atq; utilissima quæq; opera nostra impedire conatur. Similiter et caro ad somnum et pigritiam nos impellit, & mille genera illecebrarum obijcit, quas si amplecteremur, uerbo Dei excideremus, atq; hoc iniquior est nostra conditio quàm diaboli, quod in mundo, hoc est, inter pessimos homines uiuere cogamur, qui nos summopere extinctos cupiunt. Adhæc, carnem hostem nostrum nõ minimum, nobiscum circumferimus & fouemus, ita ut diabolus per nos & in nobis nos oppugnet ac inuadat. Recte igitur dicit: ἐκλεῖσαι τοὺς καιρούς.

Tempus redimentes &c.

Sitis intenti in occasiones, in suam quæq; uocationem, quo minus aut impediatur cursus uocationis nostræ, aut ne optima & utilissima quæq; uocationis nostræ officia intermittatis. Sehet jhr das jr vnd

g schaffet in Ecclesia, politia, & œconomia, helfft alles böses weren / wo / wie / vnd wañ unet / nec finite uos auelli à proposito beneme di. Siliet vnnd seumet euch nicht / die werck ers berufs auszurichten / vnnd Gottes wort bewaren. Sitis cauti & solliciti in urgenda uoca ne nostra, ac retinendo et custodiendo uerbo Dei cordibus uestris. Hanc curam & sollicitudinem ropheta Dauid intelligit, cum ait: Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua, Psalmo 118.

Nunc addit causam, cur simus intenti in occasiones, nempe cur tempus redimamus.

Tempora sunt periculosa &c.

Non enim uelut in ocio & pace uiuimus, Dann sitzen hie nicht als in einem rosengarten. Insi sunt pericula & insidiæ diaboli nos circundant. Vo est autem dies malos tribus potissimum de causis. Primum propter insidias diaboli, qui dies noctesq; nobis molitur exitium, deinde propter scandala, quibus infirmorum animi saucientur, postremo propter blasphemias & scelera impiorum, qui eos tristant spiritum sanctum.

Propterea nolite fieri imprudentes,

dentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Domini.

Cum igitur in tantis uersamini periculis, ubi singulis horis, imò momentis, de salute uestra cum diabolo, mundo, & carne dimicare uos oportet, estote cauti & circumspecti, & intelligentes quæ sit uoluntas Dei, & salui eritis. Gebet allzeit achtung darauff/ was Gott von euch haben will/ vnd folget ewern gedancken nicht/ noch des teufels eingebung.

Et non inebriamini uino, in quo luxus est.

Hactenus ad uigilantiam hortatus est, nunc ad sobrietatem hortatur. Quam præclara uirtus sit sobrietas, & econtra quàm pernitiosum sit uitium ebrietas, sæpe aliàs dictum est.

Psallentes uobisipsis Psalmis.

Quia uero animi nostri perpetuam contentionem docendi, dicendi, legendi, concionandi et orandi, perferre nequeant, ideo iubet eos psalmis & hymnis & canticis spiritualibus animos recreare. Deus enim donauit musicam, non modo ut ea in laudando & glorificando Deo utamur, sed etiam ut ea mœstitiam animi depellamus, & fugemus spiritum tristitiæ.

Dominica

DOMINICA VI

gesima prima post Tri nitatis, Ephes. 6.

QVod supereſt, fratres mei, ſitis fortes per Dominum, perq; potentiam roboris illius. Induite to tam armaturam Dei, ut poſſitis ſta re aduerſus aſſultus diaboli. Quo niam non eſt uobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, ad uerſus mundi dominos, rectores te nebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpi rituales aſtutias in cœleſtibus. Qua propter aſſumite uniuerſam arma turam dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & omnibus peractis ſtare. State igitur lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, & induti thoracem iuſtitiæ, & calceati pedi bus, ut parati ſitis ad Euangelium pacis,

pacis, ſuper omnia aſſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere, galeamq; ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, qui eſt uerbum Dei.

Poſtquam Apoſtolus abſoluit doctrinam de fide & bonis operibus, attexit nunc in fine huius Epiſtolæ concionem exhortatoriam, qua hortatur Epheſios ad pugnam ſpiritualem, & primum quidem iubet eos fortes & robuſtos eſſe in Domino, vnnd heiſſt ſie ein herr haſſen/ Deinde depingit hoſtem ipſorum, id eſt diabolum, cuius magna eſt potentia, ad quam omnes uires humanæ collatæ, uix ut imbecillis quidam calamus fœni appareant. Poſtremò oſtendit quibus armis munitos illos eſſe conueniat. Atq; hi ſunt præcipui loci huius lectionis.

De cætero fratres mei ſitis fortes per Dominum.

Q. d. Tradidi uobis omnia quæcunq; ad ſalutem æternam pertinent. Jr wiſſet wie vnd wans je gleubt ſoltet/ vnd wie vnd wodurch man ſoll ſelig werden/ reliquum eſt iam ut cuncta, quomodo theſaurum noſtrum conſeruetis & augeatis, das wirdt aber nicht on mühe vnd arbeit zugehen/ acerrima noſtra dimicatio ſuſcipienda erit cum diabolo,

bolo, qui uobis hunc thesaurum, quem gestatis in fictilibus uasis, conatur excutere, quare oportet nos & uires & animum concipere in Domino, ἢ ἐν κυριῷ δυναμοῦσθε, inquit, ἢ κυρίῳ, καὶ ἢ τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, hoc est, in potenti uirtute eius.

Induite armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.

Disertè dicit πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, ut ostendat aliis armis opus esse ad hanc pugnam, quàm sunt ea, quibus in militia terrena utimur.

μεθοδείας τοῦ διαβόλου, uocat insidiosas impugnationes diaboli, quibus conatur nobis uerbum excutere, ac fidem extinguere. Quis autem omnes insidiosas impugnationes eius potest non dico commemorare, sed obseruare, & cogitando assequi?

Sed cur uocat impugnationes diaboli insidiosas μεθοδείας? Vt significet diabolum miris artibus nos aggredi, & quòd hac potissimum parte nos inuadat, qua minus sumus muniti, aut imbecilliores, Wo der Jaun am nidrigsten ist / da steigt er drüber / ut significant exempla sanctorum & quotidiana experientia.

Quia non est uobis lucta aduersus sanguinem & carnem.

Carnem & sanguinem hoc loco uocat, non uitiosos illos affectus, seu concupiscentias, nam cum illis quoq; Christiano dimicandum est: sed uires humanas seu potentiam humanã intelligit, alle menschliche vnnd weltliche krafft / macht vnnd gewalt / heisst er an diesem ort fleisch vnd blut.

Est autem hæc pugna, cuius hic mentionem facit Apostolus, duplex. Nam primum oportet nos pugnare cum Satana, ut cũ diabolo, hoc fit: cum ignita sua tela in nos mittit, hoc est, letalibus cogitationibus pectora nostra confodit, exaggerando scilicet nostra peccata, & iram Dei contra nos. Item cum homines perterret, horrendis illis spectris externis. In eiusmodi pugna munire nos debemus iucundissimis promissionibus Dei, ac remouendæ sunt ex animo omnes comminationes Dei aduersus peccatores, An solche tröstliche verheissung Gottes müssen wir vns halten / oder sind von vnserm feinde geschlagen.

Altera pugna est ea, et omnium periculosissima, quando cum diabolo, ut cum angelo lucis nobis pugnandum est, hoc tum fit, cum diabolus aut ad peccandum nos sollicitat, aut peccata, in quibus uersamur, extenuat. Wann er vns die sünde so gering

macht /

macht/ als were es keine ſünde/ & nos ſecuros ac negligentes reddit in ſtudio uerbi diuini, in officijs uocationis noſtræ, breuiter in omnibus cultibus dei, & bonis operibus exercendis &c. Da iſt er ein meiſter/ ibi facilius nos expugnare ac proſternere poteſt, quàm in priore pugna: Nam tum ſolet omnes grauiſſimas comminationes Dei delere nobis ex animo, & peccatum mirificè extenuare.

Reliqua in commentarijs D. Doct. Mart. Luth.

DOMINICA uigeſimaſecunda poſt Trinitatis, ad Philip. 1.

GRatias ago Deo meo in omni memoria ueſtri, ſemper in omni precatione mea pro omnibus uobis, cum gaudio precationem faciens, quòd ueneritis in communionem Euangelij, à primo die uſq; ad hoc tempus, perſuaſum habens hoc ipſum, quòd is, qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet uſq; ad diem Ieſu Chriſti; ſicut iuſtum eſt mihi;

ut hoc sentiam de omnibus uobis, propterea quòd habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangelij, cum sitis omnes mihi consortes gratiæ. Testis enim mihi est deus, quam desiderem uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Et illud oro, ut charitas uestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione omnique intelligentia, ut probetis quæ sunt præstantia, ut sitis sinceri, ac tales, ut nemini sitis offendiculo in diem Christi, impleti fructu iusticiæ, qui contingit per Iesum Christum ad gloriam & laudem Dei.

Totus iste locus huius Epistolæ nihil aliud est, quàm significatio quædam amoris & sollicitudinis Pauli erga Philippenses. Gratulatur enim illis agnitionem Christi, & precatur eis profectum & incrementum: quibus rebus paternum suum affectum erga eos declarat, wie herzlich vnnd vetterlich er sie meine/ vnd für sie sorge.

Gratias

Gratias ago Deo meo in omni memoria uestri.

Hoc est, *gratulor uobis agnitionem Christi & ueram Euangelij, quòd non solum seriò amplexi estis Euangelium, sed etiam illud constanter & fortiter confessi estis.*

Cum gaudio deprecationem faciens.

Quia hoc gaudium fuerit, homines carnales non possunt assequi: non enim humanum, sed diuinum planè fuit gaudium, quale est illud angelorum, cum uident Euangelium in mundo florere & propagari. Wann sie sehen die leute offentlich thun/ und das Euangelium mit ernst annemen.

Persuasus sum quòd is qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet, usq; ad diem Iesu Christi.

Id est, *quòd Deus qui donauit uobis hanc gratiam, ut amplexi sitis Euangelium, & credideritis in Christum, conseruabit uos etiam in Euangelio ac fide usq; ad aduentum Christi.* Dann er ist nicht abzustehen/ sondern Gottes werck/ das Euangelium mit ernst annemen/ vnd gleuben an Christum.

Eo quòd habeam uos in corde.

His uerbis affectum suum paternum exprimit. Necesse est enim incredibilem fuisse amorem ac sollicitudinem, quam uincula & tot erumnæ non potuerunt sibi excutere. Quibus rebus exemplum proposuit omnibus doctoribus & pastoribus Ecclesiarum, quòd perinde debeant amare & curare suas Ecclesias, ac pater amat & curat liberos. Qui hoc non nouit nec potest præstare, fatentur se nescire gubernare Ecclesiam.

Socios gaudij mei omnes uos esse.

Gratiam hoc loco intelligit donum illud, quo ad fus est Euangelium palàm confiteri ac defendere, τὸ παῤῥησιάζεσθαι, id est, libere ac fortiter agere. Cuius doni meminit propheta Dauid, Psalm. 50. Et spiritu principali confirma me. Item psalm. 118. Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & nihil uerituſ sum. Huius scilicet doni seu gratiæ Apostolus ait Philippenses consortes seu participes secum fuisse tanquam filios.

Testis enim mihi est deus quàm desiderem uos omnes in uisceribus Iesu Christi.

ἐκ καρδίας καθαρᾶς, id est, ex intimo corde, idq; in Iesu Christo.

Et hoc oro ut charitas uestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione, omniq; intelligentia.

Precor ut dilectio seu amor uester erga Euangelium & ministros Euangelij magis magisq; crescat, Das jr immer je lenger je lieber gewinnet / beide das Euangelium vnd seine diener. Cur ita precatur apostolus? Vbi enim amor erga ministros uerbi in nobis languescit, & studium Euangelij frigescit, non diu Euangelium retinebimus, ut testantur exempla omnium temporum. Iudaei magna erat copia tum uerbi tum prophetarum: attamen amiserunt tum ipsum uerbum, tum doctores & prophetas. Sie hatten auch Gottes wort reichlich vnd viel trefflicher lerer vnd propheten / aber was halff sie es? Sic quid simile nostra etatis homines abundare tum ipso uerbo, tum doctoribus, cum studium uerbi, & amor erga ministros uerbi in illis extinctus fuit? Magnum periculum est, ne perinde ut Iudaei simul cum uerbo doctores amittant. Quotus enim quisq; est, qui ad conseruandum ministerium uerbi uel unicum obolum hodie largiatur, cum tamen olim sub captiuitate Papisti-

ſed tantam uim pecuniæ ad conſeruandam et ſtabiliendam idolomaniam contulerint. ¶ Darumb dauſſen wol bittens/ das wir das Euangelium vñ ſeine dienen/ immer je lenger je lieber gewinnen/ vnnd immer je mehr vnd mehr darinn zunemen/ geleret vnd verſtendiger werden.

Addit autem quæ in re profectus ille ſuus ſit, videlicet: in agnitione, omnique intelligentia.

ἐπίγνωσις ſignificat experientiam, quæ illam notitiam dei ad uſum transferimus, cum per tentationibus ſpiritualibus experimur, quæ ſit uerbi Dei ac fidei. Vt probetis quæ ſint præſtantiora, ſiue potiora.

Vt probetis quæ ſint præſtantiora, ut ſitis ſinceri ac tales, ut neminī ſitis offendiculo in diem Chriſti, impleti fructu iuſtitiæ:

Tres cauſæ commemorantur cur proficere debeamus in cognitione et omni intelligentia. Primum ut poſſint diſcernere doctrinas, ne ſeducantur ab impijs doctoribus, ſed ut ſanam doctrinam uerbi retineant, das ſie bey dem reinen wort Gottes bleiben/ welchs er hie nennet potiora seu meliora, das beſte. Deinde ut ſint ſinceri et inoffenſi, hoc eſt, ut non

ut non sint hypocritæ, nec offendantur scandalis, aut alijs ipsi scandala præbeant, auff das sie rechtschaffne Christen erfunden werden / inn welchen keine heucheley sey / vnd auff das sie niemand ergern / oder selbs geergert werden. Tertio, ut abundent bonis operibus, quæ sunt fructus iustitiæ. Observa autem quòd dicit: quæ sunt in Iesu Christo, ad gloriam & laudem Dei, ut significet Christum, seu fidem in Christum causam efficientem esse bonorum operum. die guten werck müssen aus dem glauben her fliessen / vnd müssen in Christo / vnnd durch Christum geschehen / sonst sein sie kein nütz. Quia omne quod non est ex fide, peccatum est. Hæc demum sunt illa præclara opera, quibus Deus glorificatur: ideo addit: ad gloriam, & laudem Dei.

DOMINICA VI. gesimatertia post Trinitatis, ad Philip. 3. & 4.

PAriter estote imitatores mei, fratres, & considerate eos, qui sic ambulant, quemadmodum habetis nos pro exemplari. Nam com-

plures ambulant, de quibus sæpe dixi uobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis perditio est, quorum deus uenter & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra conuersatio in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus, dominum Iesum Christum: qui transfigurauit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficatiam, qua potest etiam subijcere sibi omnia. Proinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudium & corona mea, sic state in Domino dilecti. Euodiam obsecro, & Syntychen obsecro, ut sint concordes in domino. Sane rogo & te compar germana, adiuua eas, quæ in euangelio decertarunt mecum, una cum Clemente quoq; & reliquis cooperarijs meis, quorum nomina sunt in libro uitæ.

Duo

Duo sunt loci huius Epistolæ. In priore hortatur Apostolus Philippenses, ut diligenter obseruent falsos doctores, & ab illis sibi cauendum esse intelligant, eò quòd dogmata eorum magnam habent speciem. In posteriore loco hortatur doctores & pastores Ecclesiarum Philippensium, ad concordiam & mutuam beneuolentiam, ut συμψυχῶσιν, & alter alteri præsto sit consilio, opera & studio in ædificandis Ecclesijs. Est ergo sententia Apostoli: Canes & lupos habebitis inter uos. Itaq; cautos ac circumspectos uos esse oportet, ne ab illis seducamini aut lacereminí. Nam & Satan habebit apud uos suos quoq; apostolos. Non omnes erunt sinceri, qui se doctores Ecclesiæ Christi perhiberi uolunt, uerùm miris artibus & coloribus se ac impia sua dogmata pingent. Ego uerò rationem uobis ostendam, qua positis ueros & falsos apostolos seu doctores discernere, & dicit.

DE PRIMO LOCO.

Pariter estote imitatores mei fratres, & considerate eos, qui sic ambulant quemadmodum habetis nos pro exemplari.

Quasi

Quasi dicat: Omnes qui sic docent & viuunt, ut ego & Timotheus, & cæteri adinstar nostri apud nos docuerunt & vixerunt, hi sunt veri ac sinceri episcopi & doctores. Qui vero aliter docent ac viuunt, hi sunt impij doctores & seductores, imò lupi & canes, quantumuis sese ornent & pingant, & iam incipit eos describere, & suis, quod dicitur, coloribus depingere.

Inimicos crucis Christi.

Hæc prima est nota qua pseudoapostoli deprehenduntur, quòd oderunt doctrinam Christi, quæ est verbum crucis. Nam omnes qui hanc doctrinam seriò docent, audiunt & confitentur, hos persecutionem pati oportet, à mundo & diabolo, & concitabunt in se acerbissimas odia regum & principum &c. Hoc sciunt falsi doctores, ideo plausibilia & grata & iucunda dogmata asserunt, quibus fauorem mundi sibi conciliant et alant. Quia hoc unum spectant in docendo, ut hominibus placeant. Magnum magnum habentur fauorem & existimationem. Sed ad extremum calamitosos habent exitus. Ideo addit:

Quorum finis interitus.

Id est, funditus interibunt, ut testantur exempla Cherinthi, Arij, & similium. Nostra ætate multa

multa illustria exempla præbent fanatici doctores.

Qorum deus uenter est.

Altera hæc nota est impiorum doctorum, quòd quærunt tantum corporalia commoda, in quibus confidunt, id est, loco Dei colunt. Jr daṫum iſt nur auff die leben gericht.

Et gloria in confusione ipsorũ.

Q. d. Quantumuis in magno sint precio & honore, tamen confundetur ad extremum, dañ Gott macht ſie entlich zu ſchanden/ *iuxta illud: Glorificabo glorificantes me, & confundam inhonorantes me. Non opus est hic uetera exempla longius repetere, cum ipsa experientia hoc satis testetur. Videmus enim omnes hæreticos & fanaticos è summo dignitatis gradu subitò in extremam ignominiam decidisse.*

Qui terrena sapiunt.

Tertia hæc nota est pseudoapostolorum, uel impiorum doctorum, quòd scilicet ad hunc finem seu scopum omnem suam doctrinam dirigunt, ut in hac uita molliter & suauiter uiuant, ut bene illis sit in hoc mundo. Vox terrena significat opes, honores, uoluptates, & cetera bona corporalia.

Noſtra

Nostra enim conuersatio est in coelis.

Ἀντίθεσις est, collatio suæ doctrinæ, & doctrinæ pseudoapostolorum. Nostræ autem doctrinæ scopus seu finis est iste, quòd alia & illa quidem æterna post mortem uita nobis expectanda sit, ubi perpetua conuersatione Dei & angelorum eius fruemur. Alle vnser leere vnd leben ist dahin gericht/ vt uitam æternam consequamur.

Diligenter autem considerandæ sunt hæc uerba.

Qui transfigurauit corpus nostrum humile.

Ingens consolatio latet in his uerbis. Quid enim iucundius et gratius auribus piorum, qui tot erumnis & tentationibus in hac uita conflictantur, potest accidere, quàm audire illam dulcissimam concionem spiritus sancti, qui affirmat, quòd corpora nostra similia futura sint clarificato corpori salutoris nostri Iesu Christi?

ALTER LOCVS.

Quare fratres dilecti.

Adhortatio est, qua hortatur Episcopos & pastores Ecclesiarum Philippensium ad concordiam.

Duæ

Duæ enim res sunt, quæ Ecclesiam Christi ædificare & munire solent, contra oppugnationem & insidias diaboli, uidelicet, pura doctrina Euangelij & concordia, seu mutua benevolentia doctorum & ministrorum uerbi inter se. Copiosus hic locus est, ideo rhetoricè tractari & amplificari potest, ab honesto, ab utili, à necessario.

Est autem sententia Pauli hæc: Oportet uos episcopos & pastores Ecclesiarum eadem sentire & docere, & alterum alteri manum porrigere in ædificanda Ecclesia Christi. Ideo significantiore uerbo utitur, συλλαμβάνου, præsto sis, ſtehe jm bey/ adiuua: significat enim συλλαμβάνεσθαι, quasi mutuas operas inter se tradere. Nam ut fabri in ædificanda domo, alius hanc, alius illam sumit operam, ita in Ecclesia Christi ædificanda, doctores & pastores suas operas & dotes in commune conferre debent, & alius alium iuuare &c. Item quisq; debet modum doni sui agnoscere, nec plus sapere quàm oportet, sed alios quoq; propter dona ipsorum reuereri, amare, & ipsorum studia et conatus prouehere, ut scilicet ipsi coniunctis & animis & uiribus Deum laudare, uerbum eius propagare, & aduersus diabolum dimicare possint.

Domi-

DOMINICA VI

gesimaquarta post Trinitatis, ad Colos. 1.

PRopterea & nos ex quo die audiuimus, non desinimus pro uobis orare, & poscere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & prudentia spirituali, ut ambuletis digne Domino, ut per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes & crescentes in agnitionem Dei omni robore corroborati, iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam cum gaudio: gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij sibi dilecti, per quem habemus redemptionẽ, per sanguinem ipsius remissionem peccatorũ.

Hæc

Hæc epistola est parænetica. Hortatur enim Apostolus Colossenses, ut dent operam, quo in iustificatione & sanctificatione permaneant, ne fidem et [illegible] S. [illegible] & est summa huius Epistolæ: Vos iam iustificati & sanctificati, itaq; vobis dandæ est opera, ut ita permaneatis [illegible] [illegible], quemadmodum

Hinc & nos ex quo die audiuimus, non cessamus pro uobis orare, & poscere ut impleamini agnitione uoluntatis eius.

Hæc est, precor Deum, ut per sanctum & salutarem notitiam Dei consequamini & retineatis, [illegible] in omni sapientia & in diligentia spiritus.

Sapientia est illa virtus [illegible] ac penitus introspiciendi veritatem [illegible] ditatem, atq; infidias & technas diaboli.

Diligentia est conservatrix seu custos illius sapientiæ, qua animitus, ut illam perfectam notitiam Dei & voluntatis suæ retineamus, ne aut calliditate diaboli, aut securitate carnali, aut tantorum malorum magnitudine illa notitia Dei nobis excutiatur, sicut primis nostris parentibus in paradiso illam ex[illegible] astutia serpentis.

Ambulare uos digne Domino.

Vt uitam dignam patre uestro in cœlis agatis, ut scilicet gloria eius illustretur, & nomen eius sanctificetur, & beneplacitum uoluntatis suæ fiat. Ideo addit:

In omni opere bono fructificantes.

Explicat quid sit ἀξίως περιπατῆσαι τῷ κυρίῳ, uidelicet multiplicem fructum afferre in omni genere bonorum operum, Q. d. Ir ſollet recht ſein von gutten wercken/ abundare debetis bonis operibus, non unum aut alterum opus bonum facere, sed quibuscunq; in rebus præcipuum aut ope aut opera uestra opus habuerit, ei opem ferre.

Et crescentes in agnitione Dei.

Non satis est nos Deum agnouisse, sed oportet nos etiã proficere ac crescere in agnitione dei, ut magis magisq; Deum cognoscatis. Nam Christianus ſi nuper in lucem editus, qui etſi uerus ſit homo, omniáq; membra hominis habeat, tamen oportet illum indies proficere ac crescere, donec ad iustam staturam & robur corporis perueniat: ita Christianus, qui etſi iam iustificatus & ſanctificatus ſit,

sit, opus tamen habet quotidianis incrementis & progressionibus in fide, & fructibus fidei.

Omni uirtute confortati, iuxta gloriosam potentiam eius.

Q. di. Præsentia uerbis, & magno robore ad opus erit. Nullus enim [illegible] suscipiendo opus non ea quidem [illegible] & sanguine sed cum [illegible] cum principibus & rectoribus; tenebrarum &c. Ephes. 6. cum [illegible] quorum insidias & technas bene munitos nos esse oportet, non quidem humana, sed diuina uirtute & robore; ideo addit:

Iuxta potentiam gloriæ illius.

Quia multa & uaria tentationum & afflictionum genera Christiano esse [illegible] ri sine ope diuina non [illegible] manis præsidijs adiutus esset, [illegible] & prope innumera exempla [illegible] Nam (ut cæteras afflictiones omittam) [illegible] cete, & mortiferas cogitationes [illegible] prorsus non est humanarum uirium, sed solius Dei opus atq; beneficium: recte igitur Apostolus inquit: iuxta gloriosam potentiam eius.

Quia uero hanc suam potentiam & uirtutem Deus non nisi exercere & ostendere in nobis, nisi

simus patientes & tolerantes afflictionum, & sicut psalmus inquit: nisi fuerint mihi testimonia tua, tunc forte perissem in humilitate mea. Apostolus:

In omni patientia & longanimitate &c.

Postremo

Postremò oportet etiam gratiarum actionem exercere, nam hoc est sacrificium deo gratissimum. Sed cum pro omnibus beneficijs suis gratias Deo agere cupiamus, tum in primis pro illo summo beneficio, quòd nos filios fecit in patria sua sanctorum, & de regno tenebrarum, in quo fuimus ante alienati, nunc in numerum & congregationem sanctorum & filiorum Dei habemur.

In lumine.

Insignis hæc particula est. Vocat Euangelium lumen, quod in tenebris lucet & illuminat omnem hominem ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ioan. 1. & Psal. 19. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Item Psal. 119. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Nam Euangelium illuminat corda hominum, ut uerè Deum agnoscant, uerè timeant Deum, uerè confidant Deo, uerè inuocent Deum, item ut uerè agnoscant peccatum & iram Dei aduersus peccatum. Denique ut uerè cognoscant quæ sit uoluntas dei, quid ei placeat aut displiceat, & quomodo uitam suam homines instituant, ut & Deo placeant, & hominibus prosint.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,

Regnum Satanæ uocat tenebras, obscuritatem, quia reddit impios, qui sunt in illo regno, cæcos & dementatos, ac plenos ignorantione dei, et omnigenere blasphemiarum. Ita enim uiuunt in mundo, ut hi, qui in tenebris ambulant, qui modo huc, modo illuc ruunt et impingunt, ita impij in omne genus blasphemiarũ & flagitiorum impelluntur cæci à diabolo.

DOMINICA VI

gesimaquinta post Trinitatis. 1. Thes. 4.

NOlo uos ignorare, fratres, de his qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habẽtes spem. Nam si credimus, quòd Iesus mortuus est & resurrexit, sic et Deus eos, qui obdormierunt per Iesum, adducet cũ illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui uiuemus, & reliqui erimus in aduentum Domini, nequaquam præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus cum hortatu

tatu & uoce archangeli ac tuba dei, descēdet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini, in aēra, & sic semper cum Domino erimus. Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his.

Hæc epistola est consolatoria, consolatur enim Apostolus Thessalonicenses, et admonet, ne ita mœsto & abiecto sint animo in obitu amicorum & fratrum suorum, eò quòd longè alia & potior sit conditio Christianorum, quàm ethnicorum qui Christum ignorant: sic consolationem suam inchoat.

Nolo uos ignorare, fratres, de dormientibus ne doleatis, quēadmodum & cæteri non habentes spem.

Non uetat eos lugere mortuos, sed ita lugere prohibet, ut ethnici, qui spem non habent, mortuos suos lugere solent. Itaq; distinguit inter luctum Chris-

fidelium & luctum abscindunt. Quod cum fidelium
nare affirmini propter [illegible]
rum, hoc non improbo, [illegible]
& necessarium esse [illegible] tollere
us creauit, et [illegible]
excludit, nequaquam [illegible]
Stoica illa & [illegible]
erat mortuos lugere, [illegible]
chetum, et Abrahã, Lacob [illegible]
gunt, Danielis &c. Item exemplum [illegible]
Ioan. 11. qui, cum audiuisset Lazarum mortuum
esse, illachrymauit &c. Porrò ita debetis lugere &
lamentari mortuos, ut non sicut gentes aut impij
contristemini, qui nullam credunt esse resurrectio-
nem mortuorum, sed simul cum corpore extingui
animam existimant, sed ut in luctu simul consolatio
nem concipiatis, ac certo statuatis, Christianos, qui
ex hac uita decesserunt, iam quiescere & dormire,
das sie in einer sanften ruge ligen/ in amplexu le
su Christi.

Nunc incipit rationes ostendere, quare Thessa-
lonicenses non debeant more ethnicorum lugere &
lamentari mortuos, & dicit:

Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus

Deus eos qui obdormierunt per Iesum adducet cum illo.

Q. d. Quid tristamini? Si creditis Christum mortuum esse, ac resurrexisse, promissa est, ut illud quoq; credatis, eos qui in Christo & per Christum dormierunt, esse resurrecturos. Hinc uero simplicius quidam colligunt, eos non esse resurrecturos, sed κοιμᾶσθαι quasi requiescere, & dicit, τοὺς ὁ θεὸς ἄξει σὺν αὐτῷ, id est, Christo, cuius membra sunt. Verum hoc argumentum copiosius tractat, 1. Corinth. 15.

Illud autem obseruandum est, quòd nostram mortem appellat simpliciter sommum, mortem uero Christi ueram mortem nominat. Sic enim inquit: Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est &c. sic & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quibus uerbis uberrimam consolationem affert credentibus, ut sciant & certo statuant, omnem uim mortis nostræ morte Christi extinctam atq; deletam esse, ut iam hi, qui credunt in Christum, non amplius mori, sed placidissimo somno consopiri dicantur, das sie nur schlaffen gehen. Hinc est quòd sepulchra mortuorum κοιμητήρια dicantur. Esa. 56. Iustus uenit ad pacem suam, & requiescit in cubili suo. Porrò causa cur spiritus sanctus mortem Christianorum suauissimo uerbo somni appellet,

est ista, quòd ipsi in extremo agone, seu in obitu suo non sentiunt illos terrores mortis & συνοχαγίας & seuerissimum iudicium & iram Dei aduersus peccatum, quos scilicet angores animi, scriptura mortem & infernum uocat, quæ omnia mala impij in extremo spiritu non modo sentire incipient, sed etiam perpetuò ac sine intermissione illis cruciabuntur. Hæc enim propriè erit gehenna ipsorum atq; uermis.

Hoc enim dico uobis in uerbo Domini.

Altera ratio cur Thessalonicenses non debeant nimium contristari, est ista, quòd gloriosa erit resurrectio mortuorum. Quia uerò noua & prorsus inaudita κατὰ πρόσωπον dicturus est, ideo præoccupationem facit: Hoc enim uobis dicimus, in uerbo Domini, ut scilicet fidem eorum confirmet, atq; attentos reddat, ut se dicentem ista mysteria, non aliter audiant, ac si uox de cœlo sonaret. Hæc sunt autem ista mysteria.

Quòd nos qui uiuimus, qui residui sumus.

Q. d. Hi qui iam dormiunt in Christo, licet iam dudum in pulueren ac cinerem redacti sint, tamen

men in momento resurgent, ita ut simul cum nobis qui adhuc hic sumus superstites, in aëra clarificati & glorificati ferantur.

Quoniam ipse dominus in classico, in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo etc.

Classicum, uox archangeli, et tuba Dei idem significant, uidelicet uocem Christi, qua in nouissimo die mortuos excitabit, Ioan. 5. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius. Atq; hæc de resurrectione iustorum.

De resurrectione autem impiorum ita scriptum est Ioannis 5. quòd ipsi quoq; resurgent à morte, non quidem ad uitam, sed ad resurrectionem iudicij, & posita in eternos cruciatus abijcientur.

Τέλος.

Τῷ μόνῳ δόξα Θεῷ.

Epistolarum

EPISTOLARVM dominicalium Index.

	Pagina
Dominica prima aduentus	19
Dominica aduentus secunda	18
Dominica tertia aduentus	24
Dominica quarta aduentus	28
In festo natiuitatis Christi	33
In festo circumcisionis Domini	39
Dominica proxima post festum circumcisionis	42
In festo Epiphaniæ	45
Dominica prima post festum Epiphaniæ	49
Dominica post Epiph. secunda	53
Dominica post Epiph. tertia	60
Dominica post Epiph. quarta	64
Dominica quinta post Epiph.	69
Dominica sexta post Epiph.	75
Dominica sexagesimæ	80
Dominica quinquagesimæ	87
Dominica Inuocauit	93
Dominica Reminiscere	99
Dominica Oculi	106
Dominica Lætare	112
Dominica Iudica	117
Dominica Palmarum	121
In festo Paschatis	129
Dominica Quasi modo geniti	133

Domi-

Dominica Misericordias	138
Iubilate	143
Cantate	148
Vocem iucunditatis	151
In festo ascensionis Domini	156
Dominica Exaudi	161
In festo Pentecostes	165
In festo sanctæ Trinitatis	170
Dominica prima post Trinitatis	174
In festo S. Ioannis Baptistæ	179
Dominica 2. post Trinitatis	183
Dominica 3.	186
Dominica 4.	192
Dominica 5.	196
In festo Mariæ Magdalenæ	200
Dominica 6. post Trinitatis	205
Dominica 7.	209
Dominica 8.	213
Dominica 9.	220
Dominica 10.	227
Dominica 11. post Trinitatis	235
Dominica 12.	240
Dominica 13. post Trinit.	248
Dominica 14.	255
Dominica 15.	260
In festo S. Michaelis	268

Domi-

INDEX.

Dominica 16. post Trinitatis	273
Dominica 17.	283
Dominica 18.	288
Dominica 19.	293
Dominica 20.	298
Dominica 21.	303
Dominica 22.	307
Dominica 23.	313
Dominica 24.	320
Dominica 25.	326

FINIS.

ARGENTORATI APVD
CRATONEM MYLIVM,
AN. M. D. XLVI. MEN-
SE MARTIO.